Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Gasparini Pergamensis clarissimi oratoris epistolarum liber

https://hdl.handle.net/1874/461488


cm

Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

G ¶ Creature vero ſcientia longe diſ
paris cōditionis eſt. Spiritui ſiqui
dem et aīe non eſt idē/eſſe/et ſcien
te eſſe/cū aīa primo affectionis mo
tu īualeſcens diſponatur ad cogni
tionē rerū/eaqꝫ ſi radicata fuerit/ut
aut omnino/aut ſine iniuria nature
cōuelli non poſſit/ habitu ſuo infor
mat aīam/facitqꝫ ſcientē Hic ergo
habitus rectiſſime ſcientia appellatˀ
licet et res ſubiecte interdū ſcientie
noīe cenſeantˀ. Vnde et viciſſim no
minibus mutuatis quod vnius eſt
H tranſit ad alterū Sic vtiqꝫ et ſcien
tia dicitur multa cū tamē multitu
do rerū potius ꝙ̄ ſcientie ſit. ¶ Si er
go ſapiētie dei imenſitas et ſimpli
citas attendatur: vna eſt ſimplex ⁊
indiuidua. Si ſubiacentiū multitu
do: multiplex ē ⁊ multiformis Sic
eciā ſi ſubſtantiā volentis aut poten
tis/qua vult aut poteſt attendas: v
na eſt voluntas ⁊ poteſtas. Si que
vult ⁊ que poteſt/infinitus oīm nu
merus eſt. iuxta illud propheticū.
Magnus dominꝰ ⁊ magna virtus
eius: et ſapientie eius nō eſt nume
rus. Itēqꝫ Magna opera dn̄i exqui
ſita in omnes voluntates eiꝰ Et il
lud. Quis loquetur potētias dn̄i?
I Hec autē res vniformis et varia li
cet totius varietatis ignara ſit/vari
is tamen noībus appellatur. ſed ex
varijs cauſis Sciencia ſiquidem/et
p̄ſentia/ diſpoſitio/prouidētia/et p̄
deſtinatio noīatur Sed ſcientia ex
iſtentiū/preſcientia futurorꝫ/diſpo
ſitio faciēdorū/prouidētia gubernā
dorū/predeſtinatio ſaluandorꝫ eſt.
Et eſt predeſtinatio ab eterno gra
tie preparatio/per quā vnuſqſqꝫ vo
catur ad vitā/ſicut ait apoſtolus.
Quos p̄deſtinatˀ. hos et vocauit.
hos ⁊ iuſtificauit. hos ⁊ glorificauit
Et alibi. Apud te eſt fons vite/et
in lumine tuo videbimus lumē. Vt
K ergo reuerenti quadā audacia/ ſcien
tia dei que finē neſcit/vel ſermone
finē inciat. ſcientia dei eſt oīm que
ſunt/fuerunt ⁊ futura ſunt/vera con
prehenſio et plena noticia Omnia
ſiquidē vera nouit et ſola/nullamqꝫ
dignatˀ agnoſcere falſitatē/eam ta
men diiudicat et condempnat. Eſt
ergo neceſſario īfinita/ que vniuer
ſa vera complectitur. quorꝫ vtiqꝫ nō
eſt numerus. et adeo infinitus vt ſi
nem non inueniat. niſi in ſapientia
dei/que ſola ſeipſam quanta ſit no
uit. Nichil ergo eorū que nouit (q̊
niā vera ſunt) euaneſcit. oīmqꝫ diſ
poſitorū preſētia ſint/preterita/an
futura/initiū ⁊ cauſa/veritas ē p̄o
ſiquidē ait. Principiū verborū tuo
rum veritas. que nullo defectu ſui
tranſibunt. Tranſibunt tamen ce
lū et terra. quoniā et hoc de verbis
veritatis eſt. Tunc vtiqꝫ cū defor
mitate mūdi purgata/ reformabitˀ
celum nouū et terra noua Sentiat
vnuſquiſqꝫ quod ei fides vel ratio
perſuadet. ego ſine preiudicio ſente
tie melioris/vera modis oībus arbi
tror infinita. cū in oībus que ſunt/
et que non ſunt/ab inicio eſſe neceſ
ſe ſit vel non eſſe. et eorū que cōtra
dictorie opponūtur/alterū ſemp ex
neceſſitate ſit verū. Tāta ergo nu
meroſitate ſemel et ſimul verorꝫ ex
creuit/aut potius extitit numerus.
vt omnino minui nequeat/ vel au
geri ⁊ vſqꝫquaqꝫ i euū maneat infini
tus. niſi apud īfinitā ſapientiā dei
L ¶ Indeficiēs ꝙ̄ ſciētia eſt cui nich
il eorꝫ elabitur. Vel oīo augmentū
non recipit q̄ ea omnia cōprehēdit
Ratione vero eorꝫ que deꝰ ab eter
no in ſapientia id eſt in vnigenito
verbo diſpoſuit. creās ibi oīa ſimul
quā poſtmodum ꝯſequenter produ
cit ut opera ſcḋm prouiſū ordinem
ſingula traducēs a generacōe qua
incipiūt eſſe per ſortē qua fluctuare
videtur lapſibus ad corruptionem.
que quaſi exiſtētie filū preſcindēs/
retrudit ad noneſſe/ parcas vel fa
ta antiquis placuit appellari eo ꝙ̄
cōſtitutiones prouidēcie dei quin ef
fectui mācipentur nemini parcāt. Vel
a verbo dei quo eternaliter oīa dix
it ⁊ facta ſūt/execucionis firmamen
M tum accipiāt Vnde ſtoycis oīa ne
ceſſaria credit. timēs euacuari poſſe
ſcientiā immutabilē Cōtra epycu
rus ecōū q̄ eueniūt nichil prouidē
tie ratione diſpoſitū. ne forte neceſ
ſitatē mutabilibꝰ rebus inducat opi
natur. Pari ergo errore deſipiūt.
cum alter caſui/alter neceſſitati vni
uerſa ſubiciat. Mutabiliū igitur re
rum diſpoſitio īmutabilis ē. ⁊ eter
ne p̄uidētie īmutabilis ſtatus. om
nium mutabiliū continet curſū Cū
vero ipſa ab eternitatis ſue ſtatu
moueri nō poſſit. ꝯtingentiū ſeriem
ab omni nexu neceſſitatꝭ abſoluit.
⁊ licet lux inacceſſibilis ſapiētie dei
humane ſciētie tenebras incōparabi
liter antecedat. eſt tamē in quo cla
ritati illius/caliginis noſtre oculus
quo ad aliquid coequetur. Sicut e
nim qḋ video īminere/ nulla ex eo
quia videtˀ neceſſitate p̄ueniet. ſic
et quod illiꝰ oculus ꝯtēplatur non
N eſt neceſſariū euenire. ¶ Sicut eqḋē
lapidem. vel ſagittā quā in nubes ia
culatus ſum: exigēte natura recaſu
ram in terrā. in quā feruntur oīa ſuo
nutu p̄odera/nec tn̄ ſimpliciˀ recide
re in terrā aut quia noui recidere ne
ceſſe eſt Poteſt eni recidere Vel nō re
cidere Alterū tamē ⁊ ſi nō neceſſario
verū tamē eſt. illud vtiqꝫ qḋ ſcio fu
turum Si enim futurū non eſt. ⁊ ſi
forte putetur. nō ſcitur tamē quoni
am illius qḋ nō eſt. nō ſcientia ſed
opinio eſt Ceterū et ſi non eſſe poſ
ſit. nichil īpedit eſſe ſciētiā que nō
neceſſariorū tantum ſed quorūlibet
exiſtentiū eſt/niſi forte ⁊ tu cū ſtoy
cis exiſtentia cenſeas neceſſarijs cō
M parāda Sic vel q̄ ille prenouit: om
nia proculdubio implebūtur Con
tingentia tamē omnia/vel nō eueni
re poſſibile eſt Adeo quidē vt ad eue
niendū res quas cum eo futuras p̄
nouimus/ nō magis ipſius ꝙ̄ noſ
ter viſus aſtringat Licet ab illiꝰ diſ
poſitione ſubſiſtendi formā omnia
ſortiantur quatenꝰ bona ſūt. alias
aūt nō forme exiſtēdi ymaginē ge
runt/ſed defectū illius enormitatis
O ſue vicio proteſtātur ¶ Preſcientia
ergo rebus cauſa eueniendi nō eſt.
aut euentus rerū ei cauſa eſt p̄ſcien
di. ne aut temporalium motꝰ eter
ne prouidentie cauſa ſit. aut a pu
riſſimo fonte bonitatis: malorum
profluant riuuli. Deus vero bono
rum dumtaxat auctor eſt Quod ve

Psalteriū
[illegible]
[illegible]

Rariora

B. fol.
65

Cm

cm

51
e.

B. fol.
65

cm


Cm

Miscellanea Litteraria

Folio n°. 65.

Liber domus fratrum gloriosi hieronymi in traiecto inferiori

B. fol.
65

240. Gasparinus Barzizius (Barzizza) Epistolae. Leuven Joh. v. Westfalen vóór 1483.

240 —— Tweede exemplaar. B. 2°. 65[1]

Op het schutbl.: „Liber domus fratrum gloriosi hieronymi in traiecto inferiori". — Samengeb. met nr. 440.

440. **Johannes** (Parvus) Sarisberiensis (of Salisbury), Polycraticus sive De nugis curialium et vestigiis philosophorum. [Brussel, Broeders des gemeenen levens c. 1480]. 2°. B. 2°. 65[2]

Type 1. — HMT 62 (74) b. — HC* 9430. — CA 1045. — Bl. 33—36 ontbreken.

Samengeb. met nr. 240.

N 154.B.

Nº. 254. O.

C.A. 773

¶GVILLERMVS FICHETVS pariſienſis theologus
doctor Ioanni lapidano ſorbonenſis ſcole priori ſalutem

Miſiſti nuper ad me ſuauiſſimas gaſparini pergamēſis epiſtolas nō
a te modo diligenter emendatas ſed a tuis quoq; germanis impreſſo
ribus nitide et terſe trāſcriptas. Magnam tibi gratiam gaſparinus
debeat quē pluribus tuis uigiliis ex corrupto integrū feciſti Ma
iorem uero cetus doctorum hominum : ꝙ non tantū ſacris litteris
(que tua prouincia eſt)magnop̄e ſtudes.ſed redintegrandis etiam
latinis ſcriptoribus iſignem operam nauas Res ſane te uiro doctiſ
ſimo et optimo digna:ut qui cum laude et gloria ſorbonico certami
dux prefuiſti tum latinis quoq; litteris(quas etatis noſtre ignorati
o tenebris obumbrauit)tua lumen infūdas induſtria Nam preter
alias complures litterarum grauiores iacturas hāc etiam acceperūt
ut librariorum uiciis effecte pene barbare uideant̄ At uero maxi
me letor hanc peſtem tua prouidētia tandem eliminari procul a pa
riſiorum luteria .Etenim quos ad hāc urbem e tua germania libra
rios aſciuiſti ꝗ emendatos libros ad exemplaria reddunt Idq; tute
macto ſtudio conaris .ut ne ullum q̄dem opus ab illis prius expri
matur q̄ ſit a te coactis exemplaribus multis caſtigatū litura multa
Quare tibi que carminum cenſori quintilio laus apud flaccum ho
ratiū merito debeatur:cum a gaſparinea ſuaui facundia tum a ple
riſq; nobilibus huius ciuitatis ingeniis que deſputa barbaria lacte
um fontem eloquentie melle dulciorem deguſtant Et indies quidē
auidius Ego uero(quod in ariſtotelis laudem dicebat plato)tuū do
micilium lectoris ſtudioſiſſimi ſedem ſine ulla quidem aſſentatione
dici uelim . Vale Et me dilige te amātem .Scriptum apud ſorbonā
uelociſſima fichetea manu

¶ GASPARINI PERGAMENSIS CLARISSIMI
oratoris epiſtolarum liber feliciter incipit

GAudeo plurimum ac letor in ea te ſententia eſſe ut nihil
a me fieri ſine cauſa putes. Ego enim etſi multorum uere
bar ſuſpiciones ꝙ a me ſemproniũ antiquum familiarem
meum reiiciebã tamen cũ ad incredibilem animi tui ſapiẽtiam iudi
ciũ meum referebam: nihil erat quare id a te ĩprobari putarẽ Nã
cũ et meos noſſes mores: et illius naturã nõ ignorares: nõ dubitabã
quid de hoc facto meo iudicaturus eſſes. Non igitᷣ has ad te ſcribo
litteras quo nouam tibi de rebus a me geſtis opinionem faciã: ſed
ut ſi quando aliter homines noſtros de me ſẽtire intelliges tu q pro
be cauſam meam noſti: defenſionẽ meã ſuſcipias Nec ſi feceris ni
hil eſt quo ulterius officium tuum requiram. Vale.

ET ſi antea litteris & ſermone multorum non ſatis proba
ri factum tuum intellexiſſem ꝙ ueterem amicum deſtitu
iſſes tamẽ cum haberem animum tuum multis iudiciis ꝑ
ſpectum: nullo pacto induci poterã ut ĩ re temere quicq̃ a te factũ
putarem. Sed q̃ difficile ſit (preſertĩ in hac urbe noſtra) ex animis
hominũ euellere eam opinionem que ſemel inſederit: cũ ſis prudẽs
nihil opus ẽ te admonere Ego tibi omne ſtudium meum polliceor
et quãtum in me erit perficiam. ne quiſq̃ noſtrorum ciuium ea re
tibi ſuccenſeat. ꝙ ſi ulla ratione his poterit perſuaderi nihil omittã
Si uero illos in ſententia manere ſenſero: ego uicem tuam dolebo
Tum tuum erit: non tantum officium meum ex euẽtu quãtum ex
meo in te animo ſpectare. Vale.

MErito amo te quia non (ut noſtri homines ſolẽt) res ipſas
tantum ex aliorum ingenio: quãtum ex tuo iudicas. quod
niſi de te mihi certiſſime perſuaſiſſem: uehemẽter dubita
rẽ ne rumor qui de me ꝑcrebuit paulo te leuiorẽ a me faceret Nã
cum pleriq; admirarentᷣ ꝙ tiberii claudii defenſionẽ non ſuſceperi
ſunt qui ultro me accuſant Et periniquum dicunt ꝙ ueteris amic

et neceſſarii tui cauſam patiar:(me ſaluo ac uiuo) eſſe deſertā Ego
uero cum nō dubitarem multos homines eſſe q̄bus animus doleret
ꝙ me ſumme amares: uidebam nō defuturos qui ad te ſcriberent
me nunq̄ bono amore in tuos fuiſſe Neqꝫ tantū amicitiā tuā. q̄tū
fortunam ſecutum Sed cum te non ignorarem: hoꝝ hominū ſemꝑ
inſidias paruifeci Volui autē ad te ſcribere ne te cōtemptum a me
diceres Illud igitur a me habeto. ꝙ ſi cauſa tiberii a me defendi po
tuiſſet (ſalua ea opinione quā nos ōnes uolumus in republica habe
re) certe non minus in eius periculo laboraſſem: q̄ ſoleo eum de ca
pite & meorum fortunis agit᷑ Sed nolui fame mee ꝑiculum facere
Turpe enim eſſet ut qui ſemꝑ uigilaui pro commodis reipublice
nūc priuato officio hūc hominē tuerer qui nō ſolū multis iudiciis:
ſed etiā grauiſſimis teſtibus rēpublicā male geſſiſſet. hortor itaqꝫ
te ac etiam maiorem in modum rogo ut (ſicut tu facis) bene de me
exiſtimes. neqꝫ me alium putes: q̄ cum ſummo ſtudio olim familia
res tuos defendebam. Scio non longe abfuturum quin me in gra
tiam habeas: ſi conſiliorum tuoꝝ memineris quibus me ſepe admo
nuiſti ut cum amicis multa contuliſſem omnia conſilia mea ad āpli
tudinem reipublice referam. Vale.

QVod tiberio claudio nō affueris: mīme officiū tuū repre
hendo. Scio enim q̄tum unuſquiſqꝫ noſtrū reipublice de
beat: nec dubito qui noſtra neceſſitudine omnia dicturus
ac facturus fueris: que ſalua republica in tali cauſa dici ac fieri a te
potuerint Sed temeritate ſua res in eum locum deducta eſt ut qui
reipublice bene cōſultum uoluerint: hūc aut oderint: aut deſertum
eſſe patiāt᷑ Nulla ergo mihi ſocietas eſt cum illo. neceſſarius meus
fuit & amicus q̄diu noſtre reipublice alicui uſui erat cum uero ma
le ceperit de publicis commodis ſentire: ego non aliter ac debeo de
homine illo iudico Quod uero ſcribis te conſilium meum in hac re
ſecutum uehementer gaudeo ac tantum de hoc te ortor: ut nihil
ſit ad quod te maiori ſtudio hortari poſſim Cum enī ātea propter

multa in me officia tua maximas tibi gratias haberē: nunc certe eo maiores habeo: ꝙ unicuiq́ noſtrum reſpublica debet eſſe carior q̄ priuata· Vale.

MAgnas habeo nature tue gratias ꝙ nihil ē q̄re cauſe mee diffidā. Cum enim in rebus iudicādis ſūma prudētia ſis preditus: uideo nō poſſe fieri ut (qđ multis perſepe accidit) ipſa legū noſtrarū obſcuritas remoret̄ ſentētiā tuā. Tu quid ſapiētie tue cōueniat uidebis Ego uero tabulas publicas teſtes & cetera adiumēta que ī huiuſmodi litibus ſolēt deſiderari ita ꝑata habeo: ut nō cauillationibus (ſicut nuꝑ aduerſarii) ſed ipſa ueritate pugnare a te iudicer. Vale.

SI adiumētis de quibus ad me ſcripſiſti inſtructa eſt cauſa tua: nihil ē qđ a te dubitari cēſeā. Ego eni(q̄tū ad me attinebit) ꝓſpiciā ne mea negligētia ullū ad te īcōmodū ueniat Tuū erit uidere ut cū optimā cauſā habeas: nō ipſe tibi defuiſſe uidearis et poſt rē iudicatam uenias .ne tibi aliqd ſimile eueniat his qui de rebus preteritis in cōſiliū ueniūt & poſt tēpeſtatē cogitant. qua ratione poſſit occurri ꝑiculis q̄ iā ſunt preterita Cupio enī tibi oīā ex ſentētia uenire: que ſaluis legibus poſſunt ī cauſa tua meditari Sed ubi aliud eq̄tas aliud tua uolūtas a me exiget: non dico tibi ſed nec parēti quidē meo cōcederem ſi mecū hoc pacto cōtenderet ut ipſe plus apud me poſſet q̄ leges & cōſuetudo iudicioꝝ. Veꝝ ne te quidem hoc a me exigere pro tua ſingulari modeſtia arbitror. Non eni eo te ingenio noui eſſe nec ea familia: que aliquid in noſtra ciuitate potius iniuria q̄ iure a ſe impetratum iri uelit Cura ne ſepius de eadem re te admoneam: ut cum ōnia tibi parata ſint: tu ipſe tibi defuiſſe iudiceris. Vale.

NIſi ſcirē de q̄ re et apud quē agerē: nō auderem certe hoc preſertī temꝑe ad te qcq̄ ſcribere: ſcis eni q̄ uane ſint hominū ſuſpiciōes. Et q̄ prōptiſſime līgue ad maledicendū: ſed cū ſūma cauſe mee eq̄tas ſit: et tu ille ſis q nihil poſſis niſi equū

facere bono aio cauſam meā tibi cōmēdo. Nō dubito multos hoies eſſe qui arbitrant̃ quadā auaricia me ipulſum ut de ātiquis ſedibus & de auitis bonis uelim. Q. fabiū pellere Ego uero ita iſtitutus ſū: ut nullius hoīs locupletari incōmodis unq̄ appetiuerim. Sed de iure ſuo alteri cedere ꝑpter hoīum iuidiā: aut timidi hois aut ſtulti uidet̃ eſſe Satis enim mihi erit ꝙ de re nō iiq̄ apud iudicē equiſſimū cōtēdā Tu autē a cōſuetudine & natura tua nō recedas. Et ego nihil a te niſi quod tua equitate dignum ſit reqrā. Vale.

SI a noſtris legibus nō abhorret cā tua: bene te ſqare iubeo Nō eni ſū ille quē rumor popularis: aut hominū fama cōtra eqtatem ꝓmoueat Nec ignoro ueteri inſtituto magis oportere iudicē attendere qd ſit iure poſitum q̄ in opinione ſed ut ꝓbe ſemꝑ caui. ne unq̄ rumores ante eqtatem ponerem: ita prouidendū tibi cenſeo ne aliq̄ culpa tua hec opinio de te contracta uideat̃ Quicqd autem ingenio meo aut ſtudio prouideri poterit ut de iure tuo nemini ꝑpter iuidiā cedas: totū illud me ſatis facturū tibi polliceor Illud uero ꝓ tua ꝓuidentia circūſpicies qua ſcilicet ratione & fortunis tuis & nomino meo bene cōſulas. Vale.

MAxima cā me impulit ut hoc tempe ad te ſcriberem nam cū te maximis rebus detētum eſſe audierim certe negocium meū aliud in tēpus diſtuliſſem: niſi idipſum tale fuiſſet. ut ſemel a me neglectū nullius homins neq̧ cōſilio neq̧ auxilio poſtea corrigi poſſit Feres itaq̧ me ſi te maximas res agitātē interpellauero puto te memoria tenere qbus uerbis tyro uſus fueri cū pridie kalēdas martias utrūq̧ noſtꝝ cōueniſſet Nā cum ipſe bono animo ſe mecum in gratiā rediiſſe affirmaret: neq̧ in ſe ullas ōnino reliqas odii ſupeē diceret: tu me iuſſiſti non ſolū eē equo animo ſed etiā ocioſo nec āplius qcq̄ de te ſuſpicari Ego uero cū illius uerbis et tue auctoritati magnā ſidē hērē: omnē memoriā iniuriaꝝ ac ſimultatum q̄ inter nos fuerāt: penitus ex animo diſtulerā qd inde ſecutū ſit melius audies ex hoīe iſto quē ad te mitto cui nō ſolū lrās dedi

ſed etiam mandata que ſuꝑ hac re ad te ꝑferret poſtea enim q̄ a no
bis diſceſſiſti rebus (ut putabas) inter me & illū compoſitis interue
nit ſaturnius homo (ut ſcis) ōnium ſedicioſiſſimus is omnia ꝑturbauit
& tātum extitauit odiū ut fortune mee nūq̄ deteriori loco exciterit
Nā (qđ in morbis dici ſolet) malū iſtud recrudeſcit aliquādo aſpius
q̄ incepit. qđ a nullo certe alio medico ſanari poteſt q̄ a teipſo qua
re ſi me ſaluū eſſe uis: ſi fortunas meas incolumes: cura ut ad nos ad
uoles: opus enim ē celeritate: ne uis eo me eſſe cōiectum unde nullo
tempe non dico amici: ſed nec ipſa quidē ſalus & ſi cupiat poſſit ex
imere. Vale.

QVātā moleſtiā animo ꝑceperī cognita tyronis leuiatte ex
hoc potes cognoſcere ꝙ niſi reſpublica me ex ipſo itinere
palā reuocaſſet: certe non has ſolū litteras cōſecutus eēm
ſed multo etiā illas ātecesſiſſem Si ergo fortunis tuis ut oportebat
non affui: mīme accuſabis officiū meum qui cum maxime cuperē
aīo ſatiſfacere tuo illa ipſa patrie noſtre caritas ex medio curſu quo
ad te tēdebam plane me īuitum reuocauit Scripſi autē ad tyronem
quibus uerbis oportuit. ac eciā eum docui ut non putaret tātū ſibi
ipſam rem tecū habēdam eſſe q̄tum mecum qui ōniū que inter nos
cōpoſita fuerunt: autor atq̧ ſpōſor fuerā. hortatus eciā eū fui mul
tis rationibus ut rem integram in meum aduentum differret cōce
deretq̧ illud amicitie que ut primum cum patre ſuo: ita poſtea cū
illo mihi fuit Admonui eū pluribus uerbis ut plus apud ſe ratiōes
mee ualerent & reſpectus ātique beniuolentie q̄ ſeditiones & odia
ſaturnii Quod ſi impetratum ab eo fuerit magnas ei me habiturū
gratias pollicitus fui Si uero ſpem meam improba conſilia hominū
ſedicioſorum uiciſſent interminatus ſum nihil omiſſurum ꝙ ad de
fenſionem tuam Et extimationem meam pertinuit Puto illum mi
hi plus crediturum: q̄ ſaturnio que res ſi cōſilium meum fefellerit
faciam ut illum facti ſui peniteat. expecto indies litteras ſuas Si qđ
iterim ab eo geſtū fuerit quod tibi incōmode accidat tu me certiorē

facias. Vale.

Non ꝑua res eſt neq; iuſitata de q̃ iã dudum ad te ſcribere
cõſtitui homines eni quibus in ꝓuincia noſtra curam tu
arum rerũ & eorum qui tuis rebus fauẽt cõmiſeras uidẽ
tur a te magis ac magis indies abalienari Querũtur omnes ut rẽ
ipſam uno uerbo dicã qui lupos ouium cuſtodes feciſti. Speramus
quidẽ nos qui hic tui ſumus res tuas ac tuorum ꝓfligatum iri nõ
poſſe ab his qui ſemp cõmodis tuis aduerſati fuerunt. ſi procurato
res tui (ut oportebat) aduigilaſſent. ſed inde ꝑiculum factum ẽ: un
de preſidium expectabamus nam hii boni uiri primo per inſidias
deinde palam non ſolum ad eos qui non bene tibi uolunt cepũt in
clinare: ſed etiam ſe illorum duces profitentur Opus eſt itaq; matu
ratione: dũ adhuc res poteſt curari: ne tibi accidat id qđ ſolet eueni
re qui mortuo medicum accerſiunt. Vale.

Quamq̃ maxime in curſu eram ac in ipſo itinere ueniendi
ꝓpter eos rumores q crebri de rebus meis afferebantur
tamẽ cũ forte mihi occurriſſet tabellarius tuus cum litte
ris tuis quas illi reddẽdas mihi tradideras: nolui ipſum ſine meis lit
teris ad te redire. Sed ut ad ea ueniã, que & fortunis meis & meorũ
eminere ꝑfidia & ſcelere procuratorum meorum ſcripſiſti oia pri
us cognoueram ita ſe habere maturaſſemq; maiori celeritate diſceſſũ
meũ: niſi fuiſſem maximis rebus detẽtus Nihil uero uolui ad te reſ
pondere que cotidie mihi nũciabant̃ ne forte ꝓderet̃ conſilia mea
his quibus minime illa nota eſſe uolebã Nunc uero cũ tãtam habeã
fidẽ prudẽtie tue ſummeq; in me beniuolẽtie q̃tum poſtea nemini
te etiã atq; etiã hortor ac moneo ut eos qui ꝑtes meas ſequũt̃ ſapi
ẽter (ut ſoles) de meo aduẽtu certiores facias ꝑſuadeaſq; illis me nõ
prius de bois meis rationẽ r̃petiturũ q̃ eos i ĩtegrũ reſtitutos uidero
plura ad te ſcriberẽ niſi ſperarẽ ꝓpediẽ apud te eẽ ad tabellariũ tu

Qđ a te ſcribo tlẽ ẽ: ut id maxie ad cũ me celeriter cõſecutũ
rẽ tuã ꝑtineat nã etſi hoc alienũ a te uideat̃ tamẽ nccẽ ẽ

ut ſi recte curatum fuerit: magna gloria ad te ꝑuentura ſit· M. enī anthonius &. Q. hortēſius homines ampliſſimi iā dudū inter ſe (ut noſti) ad multum odiū diſtēdēt propterea ꝙ noſtris ciuibus adhuc fuit difficile utriqꝫ illorum placere. dum ergo ſtudio ꝑtiū noſtra ciuitas diuiſa eſt tot cōtentiones in urbe oriunt̃ ut res iā plane ſpectare ad bellum ciuile uideat̃ ꝙ etſi multi non arbitrant̃ hoc poſſe fieri. ego tamē aliter iudico Sed peroportunū acceſſiſſe tempus tollēdi huiuſce ꝑiculi et omniū hoꝝ maloꝝ cauſā inteligo: ſi tu (qui multum & ſapiētia uales & induſtria) uolueris hoc onus aſſumere Noſti q̄tum ciues noſtri tibi credant cogita ſi ciuitas noſtra certior facta fuerit de cōſiliis & ſtudiis tuis in hanc rē īcredibilis ōnium bonoꝝ cōcurſus ad te fiet traheſqꝫ in ſentētiā tuā maiorē ptē urbis & futuꝝ uideo ut. M. anthonius et. Q. hortēſius ſeipſos tibi cōmittent ac ultro uelint a te finē his ōnibus ſuis diſſenſionibus imponi Suſcipies igit̃ hanc expeditionē tibi honeſtā et reipublice neceſſariā Iudicabiſqꝫ nihil poſſe magis ad laudē tuam accedere: q̃ ſi rē iſtā conſilio tuo perfeceris. Vale.

SI meo aliquo officio poterit ſedari odiū. M. anthonii & Q. hortēſii nullo certe meo ꝑiculo ac labore deſinam donec oīa cōpoſita ſint ac quieta Video enī hāc rē totā conflatā eſſe paucorum hominū uitio quibus ciuitatis ocium diſplicet Tātum uero illis omnibus ciuibus bene eſſe cupio: ut nō magis deſiderē me eſſe incolumē q̄ illos ſaluos. Non nihil etiā mouet me reſpectus anthonii & hortenſii quos tum reipublice cā tum ex antiq̄ familiaritate cariſſimos habeo Cōſequar ergo has meas litteras celeriter et quicqd poterit a me ullo ſtudio aut cura fieri totū id libēter ſuſcipiā ſatiſfaciāqꝫ expectatiōi ōniū illoꝝ ciuiū Satis autē premii conſecutum eē me arbitror ſi meo aduentu cognouero tantum incendium extinctum eſſe. Vale.

NOn de re uulgari ac negligenda: ſed publicis commodis ad te ſcribo Pudet enim me horum temporum & noſtre

rei publice miſeret que cum olim conſilio eorum hominum regeret
quibus ipſa ſe cõmiſerat: nunc ad paucorum manus peruenit q illã
omnino tenent oppreſſam Nihil enim in conſilio contra afferebat
niſi qđ ad omnium utilitatem ptineret Nemo erat qui non libere
diceret quicquid rei publice conducere arbitraret Nec erat graue
nec moleſtum his qui intra illos parietes uerſabãt audire orationẽ
eorum qui contra ſe dicerẽt Et qui maiorem haberẽt locum & pa
trie rationem indicando q̃ rei priuate Si qui hodie ſunt qbus indig
na uideantur ea que cotidie neq₃ more maiorum neq₃ legibus fiũt:
nullum habẽt locum & patrie rationẽ in iudicando ex quo fit: ut a
lii qđ recte ſentiunt in cõſultationibus non audeãt dicere. Alii ue
ro quaſi õnia in poteſtate eorum cẽſeant: de nulla re uolunt delibe
rationem habere: niſi illa cum ſuis priuatis rebus cõſentiãt Quare
nihil mirum : ſi omnia cõfuſa ſunt aut ſi rebus pacis & belli nihil
a nobis his ãnis ſatis cõſiderate uel dictũ uel factũ fuit Vnde uero
hec tãta incõmoda rei publice acciderint: aliud non iudico niſi q̃
unum aliquod nõ habemus caput aut principem q de noſtra bene
republica ſentiat & qđ ſentit ad cõmunem utilitatem referat neq₃
aut gratia alicuius impediat aut frangatur metu ne õnia audeat: q̃
ſibi bona & honeſta uideãt Sed nullus ẽ qui ſe uelit laboribus & p
iculis ꝓ patria offerre õnes patiũt rẽpublicam eſſe deſertã ne in
aliqđ diſcrimẽ rerũ ſuarum uertãt Tu uero et ſi gubernatione &
cura eius odio malorum diſceſſeris: tamẽ proſpicies qđ ad tuã uirtu
tẽ ptineat Illud autẽ moneo atq₃ eciam hortor ut potius uelis ſi reſ
publica reqrat ꝓ illa pire: q̃ cũ ea õnem dignitatem tuam & eſtia
tionem ãmittere. Vale.

QVãtum cupiã rẽpublicã noſtrã ſaluam eſſe & illam uide
re aliquando in ſedibus noſtrorum maiorũ repoſitã: nemo
poteſt melius q̃ tu iudicare Neq₃ certe ũq̃ ceſſiſſem ipro
bis aut abdicaſſem me ab ea: ſi ſperare potuiſſem plus mea conſilia
in conſeruatione illius: q̃ uim quorumdam ciuium ad euertendum

publicum ſtatum ualere Sed cum iniquoꝝ pfidia magis in publicis conſilijs poſſet q̃ ego ſolus ualerẽ tunc rſiſtere. nec eſſent q ſe tunc defenſores publice utilitatis ꝓfiteri auderẽt: putaui ad tẽpus huic tẽpeſtati cedẽdũ & aliquo migrãdum ubi ſecure mihi uiuer̃ liceret Quãta poſtea licẽtia & impunitas peccãdi fuerit: tu q inter fluctus illos et ꝓcellas ſepe agitatus fuiſti: melius potes p te cogitare q̃ aba lio audire quare minus admiror: ſi nẽo repit q audeat libere in nrõ ſenatu orare & ea dicere q̃ bene de r̃publica ſentiat: ꝙ autẽ me ad gubernationẽ eius r̃uocas: arbitror te id facere magis quod imẽſo in rẽpublicã ſtudio q̃ aliq̃ certa ſpe liberãde a me patrie. Nã cum nihil aduerſum maloꝝ uim potuiſſem ꝓficere: nec ei opitulari dũ adhuc ſtare uidebat & aliquã umbrã ſeu ſimilitudinẽ antiq̃ liber tatis retinere quid erat ꝙ illi me putares poſſe auxiliari. q̃ non mo do expirãtẽ. ſed eciã omnino iã extinctã ac mortuã uiderem: uellẽ ſaltẽ me ad eã uocaſſes cum aliq̃ ſpes huius repãde ſuperat Nũc ue ro ad funus eius & ad ſepulcꝝ me credo inuitaſti ut cui non obtige rit ꝓ illa mori: ſaltẽ cum ea funerarer Sed non puto ſapientis eſſe cum nihil poſſet patrie ꝓdeſſe malle ſecum pire: q̃ ſine illa uiuere Nec tãtum intereſſe iudico eius q bonus ciuis ſit obiicere ſe morti aut picũlis ꝓ his qui liberi eſſe neſciãt aut nolint: q̃tũ ſuam incolu mitatẽ tueri et ſe reſeruare donec aut honeſtius mori ꝓ patria poſ ſit. aut tempus uideat quo non fruſtra labores et picula ꝓ ſuis ciui bus ſuſcipiat Si ergo caſus tulerit ut ſentiã ea poſſe a me fieri q̃ pa trie cõducãt: faciã itelliges me de reſtitutiõe publice libertatis ma iorẽ curã q̃ de mea ſalute agere. Aliud iterim nõ habeo. qđ hoc tẽ pore poſſim noſtre reipublice preſtare niſi lacrimas quas ſepe pro miſero ſtatu illius effundam. Vale.

q Quid de me ſentias facile coniecto ex turpitudine hominis & infamia eius qui animum tuum a me alienare uoluit Quãuis enĩ cã mea a te nõ ſatis ꝓſpecta eẽt: tamẽ ex uita

hominis eius qui me apud te falſis criminibus iſimulauit: potes itelli
gere famã bonoꝝ nõ ſolere niſi ab improbis temptari Nõ ergo ſi q̃
de me diſſipata eſt fabula. cõmoueri te oportet. propterea ꝙ nul
lius hominis adeo ſpectata eſt uita quin aliqd crimen confingi
poſſit Illud ſatis erit mihi ita in oculis hominũ uiuere: ut nemo me
iuſte criminari poſſit Sed qd plura de hac re ad te ſcribã. cũ ipſe ex
ptus ſis in nostra ciuitate ſemp homines fuiſſe q alioꝝ fame iſultent
& ſe putent eo cõmendabiliores fieri: quo pluribus ab eis detractũ
ſit Sed tu ꝓ tua prudentia nõ ſolũ cõſiderabis de quo aliqd dicat
ſed etiam a quo homine ne cuius uita improbata ſit. eius orationi fi
dem habeas. Vale.

Satis ſpectata eſt mihi integritas tua: nec ullo tempe puta
ui de uita tua dubitãdum Si qd autem de te mihi narratũ
fuit qd ad famã tuã ptineret: nõ tamen mutaui iudicium
meũ Amo eni te & forte magis q̃ credas non ꝙ magna familiari
tas inter nos fuerit ſed quia nũq̃ de te aliter q̃ de optimo ciue iudi
caui Illud autẽ ſciebã neminen tãta modeſtia eſſe aut tam frugi
cuius uite non inuideret & maxime ab his qui pares ipſis nulla in
pte uirtutis eſſent hoꝝ hominũ ut uitã ſemp improbaui ita nun
q̃ orationi eoꝝ fidẽ habui. Maxime eni puto boni hois eſſe nõ faci
le de alio hoie credere qd ipẽ nõ audiuiſſet. eſt eni crõ eoꝝ ſuſpecta q
prõpti ſũt ad maledicẽdũ de alio cũ uel inuidia id facere uel aliquo
alio dolo & ſi nõ ueꝝ tamẽ ſimile ueri ſit Scio q̃tum inter homines
interſit nec te ignorare ſcio Satis hominẽ de quo ſcribis cognoſco
Viuimus enim in ciuitate in qua uita noſtrorũ ciuium õnibus iter
ſe nota eſt & quo queſtu quis utat aut quibus moribus ſit Nemo ẽ
qui neſciat ꝙ ad tuã rem ptinet Reieci hoiem a me & iã multo ãte
q̃ lrãs a te recipiſſẽ ſi qd erit i quo poſſim meo officio tibi placer
cognoſces me ita rebus tuis aicũ eſſe: ut beniuolẽtia nei tuoꝝ cedã.
Vale.

SI tibi nõ ſatis pſpectus ẽ aius eius q te mihi iimi(
cũ rddere uoluit: nũc primũ ex me cognoſces: ut atroci

iniquitate hominis illius cognita: melius poſſis iudicare quāta ſit ei
fides adhibenda Sic enim de homine hoc habeto ita uitam illum ab
adoleſcentia inſtituiſſe ut poſtea etate creſcente a nullo ſit paſſus ali
quo in genere flagicii ſe uinci Cum enim loco ſatis illuſtri natus
eſſet & in ciuitate florentiſſima in qua facile ſibi erat maiorum ſu
orum gloriam & dignitatē cum laude tueri Maluit apud alios tur
piſſimam uitā agere. qui cum omni libidine & intemperantia opes
maximas breui tēpore cōſumpſiſſet: ad has deniq; artes ſe cōuertit
ut ſcilicet fortunis aliorū inſidiaretur: hunc igitur queſtū ſibi miſere i
uenit: utſicut ampliſſime opes ille cum adhuc eis habundaret nemi
bono uſui fuerunt: ita modo eius inopia multis grauis eſt Suaderē
tibi ac plane rogarē ne huiuſmodi hominē audires cū aliquid male
de me refert niſi te optime cognoſcerem: cui non poſſunt niſi fru
gi homines placere habes qualis homo ſit hic ſed quantū ei creden
dum ſit cum is tam improbus tam perditus aliū apud te accuſet:
pro tua modeſtia proſpicies. Vale.

Etſi admonitore nō egebam: qui me de noſtra amicitia cō
monefaceret: tamē auide tuas litteras legi nō ꝙ de aīo tuo
dubitarē: ſed quia me certiorē feciſti de ꝑditi moribus ho
minis de quo ad me ſcribis Cū eni ad hoc uſq; tēpus oīa accidiſſe ſi
bi putarē iiuria fortune magis ꝙ̄ ſuo aliquo uicio: ſepe calaītatis eius
miſertus fui. Nec inducere ianimū poterā: hominē qui ex florentiſ
ſimis opibus maiorū ſuorū tā breui tēpore ad miſeriā ꝑductus fu
iſſet nunc fortunis alterius inſidiari: aut alteri ꝑ iuidiā uelle detrac
tū iri: cū ſepe legiſſem fortunā aduerſam miſeros homines ſui re
cognoſcentes facere Sed hoc in his oibus uerꝫ expertus fui ꝙ erro
re aliquo aut adoleſcētia iducti ad pauptatē uenerūt Neiē uero
arbitrabar tā iiquo aīo eſſe: q i his rbus ꝙ̄ nullo cōmodo ſibi acce
dūt: nō deponeret maliciā ſuā & mallet ſe idignū fortuna ſua uideri
ſed poſtꝙ̄ litteras tuas legi: plane itellexi eū nō amētia aliꝙ̄ aut errorē
ſed iuidia ꝙ̄dā et dolo ad hoc ipelli Ero itaq; ceteris irebus cautior

ſi quando huiuſmodi arte uſus fuerit. In tua qdem re nihil eſtquo fidẽ hominum qui hodie uiuãt poſſim habere: niſi conſentiat cum his que olim de te mihi perſuaſi Sed ſi quid de alio homine confictum ab eo fuiſſet. facile potuiſſem aut errare opinione aut labefacto. habeo igitur tibi gratias qui non es paſſus ignorare me diutius qua uita et qbus moribus is homo eſſet Si quid i ceteris rebus cognoſces qđ ad me ꝑtineat: facias ut cepiſti me certiorẽ rogo. Vale.

QVa uita ſit aut quibus moribus. Q. publius: non ſatis cõptum hadeo. ſed tamen ita iudico. ut prius a te iudicium faciendum ſit de. A. ſergio qui illum apud te accuſauit. q̃ ut ullum crimen ab illo commiſſum in te credas Omnibus enim (ut audio) accuſationum machinis in criminando eum uſus fuit nihil inquit his annis ſine cõſilio publii a tuis inimicis eſſe geſtũ multa alia his addidit que illũ inuiſiorem faciũt. alios ex tuis ſeruis dixit ab eo pulſatos eſſe. alios ui de fũdo tuo eiectos ſpargitq; illũ multis ſuſpitionibus & cõiecturis Tu uero qui carnificem hunc ignoras. õnia putas ab illo bono ĩ te animo dici & ea nõ dubitas ꝑpetrata eſſe que homo iſte neq̃ & petulantiſſimus de homine fortaſſis innocente confinxit et tibi narrauit Sed ne tuo aliquo uel incõmodo uel periculo quicq̃ ei temere credas ſcito beluã iſtã priuſq̃ a nobis illam eieciſſemus excitaſſe ſeditiones tantas & diſcordias in noſtra ciuitate: ut nulla eſſet fere tã firma ſocietas aut amicitia quã lingua ſua non labefecerit Nemo erat tanta modeſtia. q̃ ubi homo iſte teterrimus ingenium accommodauerat. nõ aliqua parte puifaceret Sed poſtq̃ ceperunt homines intelligere nullum domeſticum malũ eſſe ĩ ciuitate: nullum eciam publicum cuius ille impulſor ac ſuaſor nõ extitiſſet: tãto omniũ odio cõſpiratũ ẽ i eũ: ut paulum abfuerit qui manibus uulgi diuelleret Illũ ergo uelut aliquã noſtre reipublice peſtẽ a nobis nõ dico emiſimus ſed precipitẽ ex ciuitate ꝑt̃bauimus ac magno clamore publico extruſimus Is cũ apud finitimos nullũ ſibi r̃ceptaculũ aut latebras iueiſſet ad nos diuertit nec adhuc

ſupiori fortuna deterritus eſt quī (ut uideo) ad antiquū morē ſuū redeat. Speratq́ʒ poſſe beniuolētiā facile ſibi cōparare: ſi ſe inimicū his oſtenderet quos ille tuos hoſtes affirmaret Multa de inſidiis publii de ui & libidine ſua expoſuit. & tamen cū hoc dicit: nullo teſte niſi ſeipſo utitur Nullā affert certā coniecturā nullum ſignū quod i quēuis nō poſſit cadere Vna res illi audaciā ad accuſādum facit: ꝙ is q accuſatᷣ nō eſt tibi ſatis notus & ſic te impediri dolore & iactura tuarū reꝝ facile putat. ne ōnē rem uelis ab ipſo initio cognoſcere Sed niſi caueas hunc ludū tibi faciet quē ſepe nos magno malo noſtro exꝑti ſumus Eſt enī homo peſtifer & omnis malicie artifex ac fabricator Omnes tibi ex amicis inimicos faciet nec cōquieſcet donec ꝑiculū quod a nobis depulimus et urbi tue & ōnibus ſenatibus itulerit Quare ſi ſapis non ſolū ei nullā fidem habebis: ſed noſtro exēplo id ages cū tuis ciuibus ut hunc hominē nō aliter q̄ aliq̄ publicā ꝑniciē a uobis exterminetis Hec ad te ſcripſi nō paſſione aliqua aut odio in ſergiū nec beniuolētia ulla ī Quītū publiū ſed ōnia recto cū iudicio feci Et quia te ualde amo facies quod tibi uiſū fuerit Sed ubi cōſiliū meum ſequi uolueris nihil temere de publio credes. iudicabiſq́ʒ illū nullo odio tuo dignū: niſi etiā alio accuſatore & aliis teſtibus quorum uita honeſtior ſit: illum eadem admiſiſſe di diceris . Vale.

Q q Ve de uita & moribus ſergii admones magnas tibi gratias habeo Volo enī magis hoc paternū mandatum uideri mihi: q̄ cōſiliū Scio te nunq̄ īductū fuiſſe uel odio ſergii uel beniuolentia publii ut hec ad me conſcriberes cū alter ſit iā publice a uobis emiſſus: alter uero nec familiaris tibi neq́ʒ notus Nihil ergo te ad ſcribendum impulit: q̄ illa tua iegregia uoluntas & beniuolentia tum in meipſum: tum in noſtrā rempublicam Sed (ut noſti) nihil difficilius q̄ internoſcere quo quiſq́ʒ animo in nos ſit (preſertim cum in amicitiam aſſumuntur homines qus in ciuitate nonhabentur) mihil enim preter uerba percipimus quibus

ſepe maximi animorum motus et uicia teguntur Fit ergo ut facile
ab eis fallamur. ſed nūq̄ magis: q̄ dū aliqua paſſione īpedimur Cog
nitos autem non fugere et non recedere longe ut ab omni eorum
ſocietate et cōuictu ita eciā ab oratione: hominis ē (meo iudicio) aut
amentis aut furioſi Non negabo me uerbis ſergii allectum eſſe ui
debat᷑ quidē & in geſtu modeſtiam et in omni ſermone eius graui
tatem ꝓferre Eſt eciam (ut ſcis) gratia q̄dam his qui externi ſūt &
ſe nobis tradunt aut quia ut dicit᷑ noua hominibus placent Et max
ime quo magis ad humama ſtudia accedūt: aut ꝙ naturaliter his af
ficimur quos in res noſtras affectos eſſe credimus Quibus rebus
ꝑmotus citius omnia admiſi que tanto ille ingenio fingebat Cōci
tatus quidē non ꝑuo odio in publium fueram neqꝫ ad uindictā tan
tum mihi uolūtas aberat quātum facultas ꝙ ſi ſors tuliſſet grauius
fortaſſis ī eum ultus eſſem: q̄ ille foret meritus Sed bene ſe habet
ꝙ mihi omnes mores eius detexiſti: priuſq̄ tēpus mihi aptū ad nocē
dum fuerit Nō cōmittam poſthac ut me homini tā perfido credā
nec ꝑmittā ut ciues meos aliq̄ huiuſmodi ſimulatione decipiat Fa
ciam intelliget quid ſit dolo eius eos deludere a quibus ipſe perhu
mane tam comiter exceptus eſt. de tua uero illa ī noſtrā rempubli
cā uolūtate egregia ſcito iam me ī ſenatu retuliſſe & expoſuiſſe lit
teras quas ad me ſuꝑ hac re dediſti. mirꝫ eſt quātas ōnes tibi gratias
egerint et quāta beniuolentia te cōplexi fuerint. laudabāt ī primis
animū tuū quo te eſſe ī colenda amicitia cognoſcebant deinde mul
tomagis te amabāt: ꝙ noſtro ꝑiculo tanq̄ alicui communi patrie cō
municaueras. Ego uero ōnia que ab his dicebantur: nō ſolū ꝓbabā
ſed quā quiſqꝫ de te dixerat ſententiam ualde augebam Sic ex cu
ria diſceſſum eſt: ut publice mihi ōnes hoc officium iniūgerēt ut ti
bi ꝓ ſe omnibus gratias ingentes dicerem Sed cum ego multo ma
iores pro cauſa tibi mea debeam ita pro utroqꝫ tibi gratias ago ut
nūq̄ uel pro uolūtate mea uel ꝓ tuis meritis ſatis cumulatas poſſe ti
bi eciā ferre uidear

NOn uerebor tacitum tuum iudiciũ ꝙ eũ reſtituere in gratiam tuã ſtudeam quẽ tibi uehementer ſuſpectum habes Non certe cum te maxime diligam potuiſſem induci ad hoc officium niſi tua plurimum intereſſe arbitratus eſſem et rebus tuis bene conducere Video equidem opa & manu factum Sex rufi qui cum te alienum redderet a quintilio ꝓ quo ad te ſcribo male cogitabat quid de eo ſi animũ aduertiſſes prius a te iudicãdũ eẽt Sed ut puto te alia re offenſum & perturbatum inuenit Facilẽ ergo aditum ſibi ſperauit ad cõcitandum animũ tuum atq; ĩflãmãdũ contra illum Ego uero q̃q̃ difficile ſit de altero affirmare (& maxime cum de amore & odio agit̃) tamẽ non dubitabo fidem tibi de utroq; facere Eſt enĩ alter iam pene mihi notior q̃ ſibi propter ãtiq̃ familiaritatem & ſocietatem in multis rebus de altero uero ſepe id a patre tuo ciue optimo audiuiſſe memini nũq̃ maiores eius amicos ſibi fuiſſe Illud addebat ita inueteratũ eſſe odium ut iam nulla ratione ſperaret a ſe illud poſſe tolli Maius enĩ dicebat excitatum eſſe incendium q̃ ut nulla aqua extingui poſſit Cogita ergo q̃tum huic homini credendum ſit qui maiori odio q̃ gratia dignus ſit hec tibi uellem prius nota fuiſſe Nunq̃ eſſet huc peruentum ut uel antiquum amicum a te reieciſſes uel inimicum tibi adſciuiſſes Sed permitte queſo te a me exortari Et plus mihi uni credas qui omnia ꝓſpecta habeo & te ſumme diligo q̃ homini iſti qui non ſentit quod ſit rectum nec a ueteri odio diſcedit Si intellexero te animum tuũ quintilio reſtituiſſe confirmabis meam in te beniuolentiam & animos omnium qui te amant nec aperies audaciam his hominibus q ſibi uiam non ſine tuo incommodo ad te maledicendo affectant aliud non eſt premium quod maius a te pro noſtra amicitia expectẽ. q̃ ut intelligam ea me poſſe facile apud te conſequi que ſunt honeſta. Vale.

QVamq̃ de tuo in me ſtudio ac beniuolentia nunq̃ dubitauerim tamen mirum eſt ꝙ in te ſemper amor meus ĩdies

creſcat Nō putabam fieri poſſe ꝙ mea beniuolentia cumulatior eſ
ſet ſed effeciſti ut nullo tempore uiſus ſim a te amari niſi hodierno
die cum enim nulla occaſio olim interueniſſet cur me ab aliquo er
rato deterreres: nūq̃ potui ī leta materia certum experimentū amo
ris tui ſumere ꝙ autem nunc me admones nec pateris me in amici
tia peccare: Et ſi omnes magis laudibus q̃ correctione delectemur
tamen non aliter reprehenſio tua mihi eſt iocunda: q̃ ut interdum
amara interdum dulcia delectant Non quero defenſionē aliq̃ apud
te eſt enim hoc pertinacie uicium: ea uelle tueri que emēdari opor
teat Si tamen quintilius ea modeſtia uſus eſſet q̃ poterat certe hoc
malum ſerpere deſiſſet Sed cum iniquo animo fert noſtram conſue
tudinem eſſe intermiſſam id egit ut non ſolum eam confirmaret
ſuſpicionem quam de ſe cōceperam: ſed etiam multomagis augeret
Accidit ergo qđ ſepe in magnis incendiis uidemus que ubi neglec
ta fuerunt etiam ſi minima ab ipſo initio extiterint tamen ad ſum
mum cōſurgunt Nunc uero qđ inſtat agatur Ego quātum eſt in
me operam dabo ut illum cariorem aliquanto habeam: q̃ ſi nullum
odium interceſſiſſet Sepe amor intermiſſus acrior conſurgit q̃ con
tinuatus Non te admoneo cū ſis prudentiſſimus ꝙ nihil in iſta rcō
ciliatione a te agatur preter eam opinionem q̃ de me homines faci
unt. poſſet enim leuitatis mee uideri aut timidi animi. ꝙ ultro meū
animum ſibi reſtituiſſem. Scio facies omnia pro tua ſapientia que
ad honorem meum ſpectabunt. Vale.

SCribo ad te de pace & concordia que nuper magno cō
ſenſu omnium ciuium noſtrorum inter ſe celebrata ē cū
enim bella ciuilia tantum exarſiſſent: ꝙ iam ſemel ac ite
rum partes inter ſe concurriſſent magnis uiribus: Viderentur q;
omnes non de preda: ſed de uita atq; ſanguine certare ſtatim quedā
uis diuina ut ego arbitror mentes omnium adeo inflexit: ut nemo
eſſet qui non ſumme pacem & concordiam affectaret legatis itaq;

utrimq̧ ſuper hac re miſſis: ſtatim placuit õibus (depoſitis odiis) renouare legem aureliam quã olim athenienſes (duce traſſibulo) tulerunt ne ulla omnino memoria offenſarum extaret. illa enim ob neſcia obliuionem iniuriarum interpretatur Orta eſt ergo tãta q es in ciuitate ut nulla uſq̃ bellorum ueſtigia appareãt. hec tibi ſig nificare uolui ut qui ſemper bella ciuilia execratus fuiſti nunc tan ta pacis trãqllitate quanta neſcio an unq̃ legeris plurimum gaude as & noſtre fortune congratuleris. q̄ niſi maior cura te detineat: q̃ ſo accedas ut non iam p litteras ſed in preſentia hoc tanto bono ſci ens & uidens nobiſcum fruaris. Vale.

REm mihi nuncias gratiſſimam Nam ut bella ciuilia ſemp execratus fui: ita pacem omnibus rebus pretuli Que por ro poteſt eſſe patria cuius res ꝓſpere magis me oblectẽt aut aduerſe maiori dolore afficiant q̃ tua in qua omnia fere cõia ha beo Cum enim genus aliũ de traxiſſem. tamen plurima ornamẽta atq̧ adiumẽta uite apud uos cõſecutus fui Multas quidẽ artes atq̧ honeſtiſſimas diſciplinas a ueſtris hominibus percepi. & (quod nõ in poſtrema parte locandum eſt) plures amicitias ac ſocietates cum tuis ciuibus cõtraxi q̃ ea ipſa patria que me genuit Preterea incre dibile eſt quanto merore eſſem cum audirẽ cotidie priuatis odiis & publicis õnia inter uos decerni Merito ergo ueſtre fortune gratu lor que quo magis inſperata erat eo mihi iocundior fuit· Quod ue ro me hortaris ut hoc tanto bono uidens & ſciens uobiſcum fruar (utor enim uerbis tuis) facis amice quãq̃ adhortatione tua nõ ege rem. & iã apud uos eſſem: niſi fuiſſent maxime occupationes qbus noſtre reipublice cauſa detentus fui Sed ut ſpero non multos dies abero Interim illud cupio tibi perſuaſum eſſe: neminem uiuere q magis ueſtris rebus ſecundis gaudeat. aut ex ueſtra ciuili cõcordia maiorem uoluptatem ſentiat. Vale.

MAgni honores his diebus delati ſũt ad ãthoniũ ciuẽ noſ trum hominẽ certe ſapiẽtiſſimũ qbus nẽo noſtꝝ ẽ q non

ſumme letari debeat Non enim fieri poteſt ut ſua gloria etiam noſ
tra non ſit Eſt preterea non pua ſpes nobis omnibus iniecta bene
ſperandi de noſtra republica & poſſe aliquãdo ſimili beneficio uti
Si quid enim aliud eſt qđ faciat animos noſtros erectos ad uirtutes
hoc in primis arbitror eſſe poſitũ in ratione honoris & glorie Que
ſi magis uirtuti q̃ fortune confert᷑: uidemus omnes uegetiores atq̃
alacriores ad magnas res cõficiendas tẽder̃. hortor itaq̃ uos ac diu
oro ut noſtre reipublice per litteras congratulemur que ſepenume
ro conferẽdo iuſtos honores his qui egrgie de ſe meriti ſũt multos
duces ſummos & optimos ciues fecit non dubito ꝓ ueſtro in rem
publicam amore uos ĩ bonis ueſtris habere quicquid honoribus &
dignitate huius hominis acceſſit ſed hoc animi ueſtri iudicium gra
tius erit: ſi (ut dixi) per litteras ueſtras & reipublice gratiam & op
timis huius uiri factis dignam gratulationem habeatis. Vale.

NVlla re ſcito nos multis annis maiorem uoluptatem cepiſ
ſe q̃ poſtq̃ renunciatum ẽ nobis de honoribus delatis ad
anthonium Non enim ſumus illi quibus oculi doleant. ꝙ
eos uideamus in republica magnos eſſe qui ſua uirtute et induſtria
bene meriti ſunt de illa. ſed hoc unum male nos habet. ꝙ qui uirtu
te pares ſunt honoribus & dignitate inferiores exiſtãt licet enim
tecum omnia loqui libere & debemus: cũ te adiutore et ſocio ſemp
uſi fuerimus Vna tamen res nos (ut ſcribis) melius hortatur ſpera
re: ꝙ reſpublica ſe illis cõmittit quibus debet Non enim putamus
eos ĩmunes futuros beneficiorum eius qui aliqua prelatione uirtu
tis excellunt Sed plura alia de hoc ſcribimus: qbus uerbis oportet
patribus cõſcriptis & gratias agimus ſue ſapientie q̃ õnes ciues bo
nos ad bene cogitandum excitauit ãthonio uero congratulamur: ꝙ
uirtuti ſue fortuna cõiuncta ẽ Tu uero nos cõmẽdabis illis & hor
taberis ut ſi quo loco uidebunt nos reipublice auxiliari non labori
bus non piculis noſtris pcãt Sumus qđe illi q nõ patiemur uos aut
ſollicitudine aut fide ab aliquo noſtro ciue uinci. Vale.

GRatulor illud tibi ex ſententia optiatum obtigiſſe: quod
de tua reſtitutione ĩ patriam ſemper optaueram Curaui
autem ante omnes rem totam ad te perſcribere: ut intelli
geres hoc meo officio nemine͂ eſſe q̃ te preſentem magis affectaret
Cum enim ſenatus de ſummis rebus freque͂s in curia͂ ueniſſet: mul
taqꝫ inter ſe agitata eſſent que ad ſalutem ciuium ꝑtinerent: poſtre
mo co͂memorata eſt cauſa tua Fuit autem in ea conſultatione incre
dibilis de tua reſtitutione o͂nium patrum co͂ſenſus qui locus multa
de animi uirtute de animi moderatione ac de ĩdignitate fortune tue
honorifice dicta ac reſponſa habuit necnon multo poſt ex co͂mu͂i
ſnia placuit rogationem de hac re fieri Senatus ergo conſultu͂ eo
dem die conſcriptum fuit: ꝙ no͂ ſolum patriam ſed etiam bona tu
a & dignitatem recuperares Ego uero (ut ſtatim dixi) no͂ expecta
ui ut hec patrum ſententia ad te ferretur ſed antecedere uolui ut q̃
amore & beniuolentia prior eram citius tibi de o͂nibus rebus a no
bis geſtis congratularer. Vale.

QVo minus expectate littere tue de mea r͂ſtitutione fuere
eo gratiores mihi extiteru͂t. Video equidem ꝙ amor tu
us undiqꝫ ſe expa͂dit. nec facile dicam q̃ res maiore uolup
tate me affecerit an ꝙ ſenatus conſultum de meo reditu prouulga
tum ſit an ꝙ tu illud mihi in primis nunciaſti Cu͂ enim o͂nia patri
bus co͂ſcriptis debea͂ qui mihi illum optatiſſimum patrie co͂ſpectu͂
qui opes qui dignitate͂ reſtituerunt plura tamen uideor tibi debere
qui neqꝫ in exilio unq̃ deſiſti me co͂ſolari et de mea r͂uocatione ĩ ur
bem ita attentus fuiſti ut o͂nes neceſſarios meos & ipſam re͂publica͂
que me reſtituebat hoc officio hac humanitate uinceres Sed cupio
per te certior fieri utrum mihi liceat propter inimicos meos tuto
eſſe in patria etiam meo more priſco & cauſis amicorum: & reipu
blice uerſari Scis quidem quot ĩimicos ea res mihi fecerit dum re
ſiſto potentie illorum qui putant ſe nullis aut legibus aut equitati
ſubiectos eſſe unde omnium meorum maloru͂ origo fluxit Mallem

autem (ut aſſueui) uitam ĩ exilio agere: q̃ totiens ĩ eoſdem fluctus
ac perturbationes reuolui. Spero tamen ea ſapiẽtia ac moderatione
patres conſcriptos eſſe: ut nihil decretũ ſit ab his quod non ueliut
conſtanter & bene tueri Sed magis ſecuro animo ero: ſi prius a te õ
nia explorata eſſe intellexero. Vale

NVlla res eſt q̃ te perturbare debeat ſi eo tempore de pace
agitur quo maxime de uictoria tue partis omnia permitte
re & ſperare uideberis Maiorem crede mihi modeſtia tua
laudem referres: q̃ tuliſſes gloriam ex uictoria. habet (nõ nego) q̄d
magnificum & admirabile ĩ oculis hominum fama bellorum mul
taqꝫ ſepenumero ipſa diſciplina militaris magna reipublice adiumẽ
ta ingenerauit que niſi ſuſcipiamus & ſingulari quadam laude pre
dicemus: certe uel ĩuidi uel inſueti rerum maiorũ uidebimur Sed
caue quicq̃ ex his que repoſita ſunt magis in fortuna q̃ in uirtute
poſita tu uel mĩme compares Nullius enim imperatoris aut ducis
maximorum exercituũ laus & gloria tãta fuite quin illa et cẽturio
nibus communis eſſet & his qui manu fortiter cum hoſte conflix
iſſent Modeſtie uero humanitatis clementie & ceterarũ uirtutum
neminẽ his habet ſocium uel participem: qui illis rc̃te utitur. Qua
re tibi perſuadeo nullam ex tuis laudibus maiorẽ: q̃ ſi publicis cõ
modis ĩſeruies & paci ſtudebis que ſi recta ſit: omni bello melior ſẽ
per fuit. Vale.

NOn ignoro de pace ſemper auide audiendum eſſe: etiam
ſi muros (ut dicitur) aries pcuſſerit. ſed illã non arbitror
pacem eſſe dicendam: que plus habitura ſit inſidiarum q̃
beniuolentie ſcio a te omnia bono animo dici· ſed (plus puto) nõ ſa
tis attendis que cauſa ad pacem hoſtes meos impulerit Cum enim
ſe deſtitutos omni preſidio uiderẽt & iam omnia deſperata: cogita
uerunt qua ratione poſſent aliquod ſpacium reſpirationi dare non
ut ſibi perpetuum eſſet quieſcẽdum: ſed ut acrius bellum poſſent

reſtituere Nemo quidem naturam eorum melius nouit q̃ egoipſe qui ſuperioribus temporibus ſepe de fallacia eorum doctus fui de hinc perſuadent ut te ſpōſorem pacis pro ipſis prebeas nec proſpicis ꝙ non tam animo pacem optent: q̃ ut tempori conſulant Nollē ſapiens eſſe meo periculo ut hanc animi modeſtiam tātifacerem. ꝙ illam uictorie quam in manibus habeo anteferam Quare nihil aliud habeas noli mihi ſuaſor eſſe in ea re que mihi poſſet plura quā credis non ſolum incommoda: ſed etiam uite mee pericula afferre. Vale.

SI optas a me ſcire quid a te maxime uelim: ſumma eſt ne minoris amicitiam meam facias quam ego tuam: ſcis quātum amaui te & quantum excoluerim · Nunq̃ ullum fuit tantum in re mea commodum: quod pro te nō negligerem nec incommodum: quod pro te non ſuſciperem: ubi hoc uſui tuo accedere ītellexi Neſcio quo alio officio aut quibus ſignis maioribus tibi declarare potuerim quantum te: & diligerem & obſeruarē Tu niſi me ames & cariſſimum habeas: neſcio quam cauſam ſatis ydoneam afferas Cum enim ceteris in rebus ſemper optauerim alios uincere: certe in hoc uno et ſi a te non uellem in amore ſuperari: tamē parem te mihi eſſe maxime cupio. Vale.

LIttere tue magnam mihi attulerunt moleſtiam Amo enim te ex animo & ualde obſeruo Tu uero mihi uideris amicitiam meam ſubaccuſare Nec ſatis intelligo quorſum hec uerba tua pergant. Vellem poſſē animo imperare & reſpōdere mihi modeſtius Sed poſtquā me cogis: cum bona uenia tua uellem r̄ſponderes mihi quando tibi in amore non reſponderim īmo quando te amādo non anteceſſerim Aut enim uim amicitie ignoras: aut male ab alio audiuiſti Non nego te nullum in amicitia noſtra officium pretermiſiſſe nec erat iſta commemoratio tua neceſſaria: niſi me plane uis (ut mihi uideris) ingratum in te dicere poſſem hoc i loco mihi niſi pudor eſſet impedimento: multa narrare q̃bus agnoſceres

nunquam me tibi ullo officio aut beniuolentia ceſſiſſe ſed non com mittam ut beneficiorum meorum uidear maiorem rationē habere quam amicitie Nihil enim mihi uidetur minus amantium eē: quā ſui officii meminiſſe & alieni obliuiſci. Viceris ergo me amādo nul lo te unquam beneficio affecerim quin fueris ſemper in his rebus attentiſſimus: que uſui meo accederēt Nullum ergo pro te laborē nullum periculum pro tua ſalute ſuſceperim quid ē quod a me ue lis: in quo me accuſas. cupio omnia a te ſcribi & ē (ut dicitur) ami corum proprium omnia inter ſe aperta habere. Si quid erit quod a me ſit corrigendum: dabo operam ut quo tardius te amādo pro ſequutus fui: eo celerius non ſolum hanc moram proſequendo cor rigam: ſed aliquando etiam antecedam. Vale.

NOn putaui id te laturum tam iniquo animo. quod ego e quiſſimo certe ſemper ad te ſcripſeram. ſed poſtquā res iſ ta que ſine lite erat fuit in controuerſiam deducta & ami corum proprium eſſe dicis omnia inter ſe habere aperta: ita reſpon debo tibi: ut nō putes me ad te ſine cauſa ſcripſiſſe Sepe ad me caius cecilius querelam detulit quod nihil ſumma familiaritas quam me cum habet ſibi apud te profuit: quin ſemel ac iterum te admonuiſ ſem nullum ex ōnibus officiis tuis poſſe maius eſſe: quam ſi mea cā illum recommiſſum habuiſſes. nec patereris ſibi a tuis iniuriam fie ri nunquam tamen adduci potuit ut uerbis eius fidem haberem: donec ſermone & litteris multorū idem afferri mihi ītellexi Scripſi ergo ad te et qua potui modeſtia uſus fui Satis mihi erat cōmonefa cere te ne ego minus a te amarer: quam tu a me diligebaris que res (ut uideo) tibi permoleſta fuit Sed liceat his qui ſe amant. aliquid inter ſe expoſtulare liceat etiam accuſare iraſci. Modo illud putēt altiores eſſe uere amicitie radices: quam ut leuiſſimis cauſis tolli de beāt Si placet: facile concedam tibi me ſuperatum eſſe a te nō ſolū beniuolentia ſed etiam omni officio & diligentia in me & in eos ō

nes qui mei ſunt. Fuerim inofficioſus etiam (ſi uis)contumelioſus
in te õnia tibi concedam:ſi illud mihi conſtabit non te putare alio
nunc me eſſe ĩ te quam olim cum te iudicabas maxime a me diligi.
.Vale.

QVod in me fueris equo animo:hoc tue modeſtie fuit· Sed
cum ignorarem cauſam cur me admoneres:illud ego iudi
caui non fuiſſe amicitie tue:preſertim cum nullius errati
conſcius fuiſſem Sed non concedam caio cecilio quod iure poſſit a
liquo loco dicere ſe nullum officium meum neglexiſſe Si uero quic
quam a me optauit quod minus quam equum eſſet ipſe potius ſibi
imputet Nihil eſſe puto:quod amicorum cauſa preter honeſtũ ſit
agẽdũ ꝙ niſi uidero me facile paſſum eſſe a neceſſariis meis(ut ip
ſe dicit)ĩiuriã ſibi fieri:illud uideat ne uerius poſſit a ſe dici noluiſ
ſe me rationẽ neceſſariorum meorũ negligere:cum ultro inuectus
eſſet:iudicaui quidẽ non minus a te diligi quam hunc hominẽ qui
(ut uideo)uult amicitia tua abuti. Qui autem litteris & ſermone
alioꝝ idẽ.intelligeres non maiorem fidem oportere illis haberi quã
ſibi arbitor Sunt enim omnes aut inimici aut ĩuidi Sed hic ſit finis
Quãtũ me ſis amaturus in te erit Spero ꝙ ſũma beniuolentia me
proſequaris Ego õnia pro te ſuſcipiam que digna ſunt noſtra ami
citia. Vale.

NIſi de tuo in me animo ſatis perſuaſum haberẽ: dubitarẽ
ne tibi moleſtus fuiſſem:cum his diebus cauſam lucretii a
pud queſtorem noſtrum contra neceſſarium tuũ defendi
Sed cũ ſuperioribus temporibus nihil a me geſtum in amicitia noſ
tra cognoſceres quod a ueteri eſtimatione noſtra alienum eſſet Pu
taui ĩ hoc facto meo te nõ ꝑmutatuꝝ fuiſſe iudiciũ meũ neqꝫ ea de
re ad te nõ ſcripſi:qa te negligerẽ:ſed parti occupatõibus meis:par
ti qa iudicarẽ ita te ſẽtirẽ ut nihil a me ſine cã ĩ tuos eẽ factũ crederẽs

Quare a te maxime uelim ut (ſicut facis) plus mihi credas ſi forte aliter de ea re ſcripſiſſet quam de his hominibus qui inter nos diſci dium optant. Niſi enim ſperarem propediem apud te eſſe diligen tiſſime iam omnem cauſam ad te ſcripſiſſem Interim hoc de me iu dicabis nullo tempore amicitie tue reſpectum maiorem me habuiſ ſam: quam dum cauſam iſtam honeſtiſſimam cum ratione cōtra ho minem tibi neceſſarium ſuſcepi.

. Vale.

b Bene eſt ꝙ (ut ſoles) de meo in te animo iudicas Cum enī te ualde amarem: anteferremq; ōnibus quos poſtea notos habebam: non poteram cogitare quin idem tibi de me ac cideret· perſuadebāq; nihil a te geſtum ī defenſione lucretii quod non officio tuo alienum eſſet Gaudeo tamē ac plurimum letor: ꝙ his cogitationibus & conſiliis meis acceſſerunt littere tue. q̄ illius ueteris beniuolentie tue que in me & neceſſarios meos ꝑpetui amo ris teſtes eſſent Quod autem in iudicio contra neceſſarium meum ſteteris: nec reprehēdo nec accuſo. Scio enim id a te (ut ſcribis) ho neſtiſſima ratione factum Plus ego uni tibi q̄ omnibus aliis credo. Noui enim modeſtiam et antiquam conſuetudinem prudentie tue Si quid uero in hac re culpa neceſſarii mei cōtractum eſt id uelim ſcias mihi omnino diſplicuiſſe Tu quid ad officium tuum pertine at uidebis Ego uero iudicium meum de te non mutabo.

. Vale.

c Cupis a me ſcire quo in ſtatu res noſtre ſint: caput eſt: ꝙ ſi omnes in excidium noſtrum coniuraſſent ui x deteriori loco poſſemus eſſe Conflictamur enim bellis non ſolum exteris: ſed etiā (qđ ſūme deteſtandum ē) ciuilibus & īteſtinis Fo ris uagātur hoſtes. paſſim agri diripiunt̄ rura hoſtili īcēdio flagrā tur. homines ceduntur Intra menia uero īter ciues male conueniť

Nemo eſt qui publice utilitati ſeruiat Quiſque uult in ciuitate pri
mus eſſe Nullus pudor nulla reuerentia legum ī urbe eſt Iam pa
lam ſeditiones parant ciues Nihil mali eſt quod amplius reſtat: ni
ſi ipſa captiuitas que nos omnes hoſtili ferro ac ſeruituti ſubiiciat
Eo quidem peruentum eſt ut minimum malorum mortem ipſam
iudicem Vides que ſit patrie noſtre fortuna : que tolerabilior aliq̄
to eſſet niſi nos ſpes omnis iam dereliquiſſet. Vale .

ETſi rumor ſiniſter de rebus ueſtris aduerſis ad me delatus
eſſet: non tamen putabam omnia apud uos deſperata eſſe
Plura ergo q̄ uenire mihi in mentem potuiſſent: uobis ac
ceſſerunt Sed omnia uobis ab extimis hoſtibus aduerſe ceciderunt
Firmat bellicus & circumſona menia ueſtra. Toleranda ſunt omni
a & fortiter ferenda que ab illis uobis imminent Illud magis uiſū
eſt mihi miſerum : quod de ſeditione & odiis ciuium ad me ſcrip
ſiſti Que res niſi de conſilio & autoritate eorum qui bene uolunt
reipublice cōſultum eſſe inſtigetur plane mihi diuinare uideor om
nia futura que etiam tu maxime times Non ſatis admirari poſſum
que amentia ciues tuos in hanc diſcordiam traxerit: niſi forte aliq
ſunt qui ſe putant rerum dominio potituros: ſi omnia in poteſtate
hoſtium ueniant Et eſt timendum ne inimicorum ueſtrorum dolo
peſtis iſta cōtracta ſit quo facilius illi uictoria potiantur. Mallem
hoc loco poſſe a uobis hoc malum leuare hoc meo preſidio q̄ eo tē
pore conſulere quo ueſtra reſpublica minime poteſt conſiliis iuua
ri Sed poſtq̄ res eo peruenit ut id quod potius uolebam non poſſit
a me fieri: non committam ut nō ad te ſcribam: quid de noſtre rei
publice ſalute ſentiam Explorandum eſt ab ipſis qui rempublicam
ſaluam uolunt quo quiſque animo ſit & ſapienter ſollicitandi ſunt
omnes olim ſocii ueſtri:

ut fidei & amicitie ueteris meminerint Preſidia ſociorum ſunt a uo
bis occulte in urbem recipienda: donec uideritis ui poſſe cogi illos
qui non bene ſentiunt de libertate ueſtra Nunquã autem morbus
iſte curari poterit: nec malum hoc quod iam inueterauit a uobis tol
li. niſi abſcidatur ab ipſo corpore illa pars que eſt egra. Spero ꝙ ſi
meo conſilio tua ciuitas uſa fuerit: breui intelliges a uobis depulſũ
eſſe omne periculum quod in ipſis uiſceribus abundat. Sicut enim
ego ſentio quid uos i re ueſtra facturi ſitis etiã atqꝫ etiam prouide
bitis Ego enim non minus de ueſtra ſalute laboro: q̃ [illegible] uobiſcũ
mihi eſſent cõmunia.

Vale.

NE deſiderium tuum differam: ſtatim ſatiſfaceam de eo qđ
maxime optas a me audire Abſolutus es paribus omnium
iudicum ſententiis & lis ſecundum te data Nunq̃ uidi at
tẽtiorem aut magis eruditum in cauſis agendis: q̃ iſipẽ eſt cui cau
ſam tuam mandaueras Ibi enim patuit q̃tũ uis dicendi poſſet apud
iudices Fuit quidem adeo uehemens & acer in propulſandis cri
minibus que tibi obiiciebantur. ut omnes iudices & tibi perbenig
nos: & aduerſariis infeſtos tibi redderet laudabant omnes ingeniũ
oratoris huius Probabant cauſam tuam: & equitatem iudicum pre
ferebant Cum uero itum eſt in ſententiam: tantus omnium cõſen
ſus fuit: ut non minus in rem congratulati ſint q̃ ſi negocium com
mune ageretur Hec ad te uolui ſcribere ut animum tuum liberarẽ
ea ſollicitudine qua (ut ſcio) multum afficiebaris. Vale.

HAbeo tibi gratias & magnas quidem: ꝙ me liberaſti ſolli
citudine maxima et moleſtia Sed non minori uoluptate id
me affecit: quod ad me ſcripſiſti de patrono meo homine
modeſtiſſimo & eloquentiſſimo delector enim uehementer laude
ſua & officium eius ſemper magnifeci Nam & ſi nunq̃ dubitaue
rim de mea cauſa quin ſecundum me lis eſſet danda: tamen quia

tamen quia in iudiciis non aliter ĩ q̃ nauigando ſepe ĩminet piculũ niſi is qui gubernator eſt peritus in arte ſit Semp uerebar ne equitas cauſe mee: aliam fortunam habuiſſet ab ea quam optabã Gaudeo itaq; me talem ſortitum eſſe oratorem ĩ quo neq; ſũma eloquẽtia neq; ſtudium defuit breui (ut ſpero) per meipſum illi cõgratu labor Interim ſignificabis ei me ſummam eius ſtudiis atq; officiis habere gratiam. Vale.

Quid de te ſentiant omnes & amici tui & ciues tui: ſignificari tibi a me deſideras Omnium una ẽ ſententia: neminẽ ex equalibus tuis maiorem eſſe ingenio: ſed maxime uereri ne illo ſatis modeſte utaris Quare mi anthoni ſi fama bona te delectet: ſi opinio hominum quam nunc certe non paruam ſuſtines: uide ne ceteris uirtutibus tuis que magne ſunt ſola modeſtia deficiat Intelligo quidem te ſummum in urbe noſtra ciuem futurum ſi ĩgenio tuo modeſte uti ſciueris Quod ut facias etiam atq; etiam rogo. Vale.

Dum modeſtiam a me deſiderari ſcribis ſcio hoc unde proueniat. Sed faciam intelligent omnes & ciues et amici mei ſi alia ĩ me uirtus ſit nec iſtam deeſſe. Non poteſt fieri qui iſta etas multa habeat que reprehendãtur a ſenibus Et ſepe quales reperiuntur qui propter inuidiam aut confingunt aliquid. aut maiora uicia noſtra faciunt ſi quis uel ingenio uel ſtudio preſtare illis uideatur Inde ſcio cauſam omnem proceſſiſſe. quia homines cũ oĩa in me laudauerint: ſubſtrahunt mihi opinionem modeſtie ſed nõ permittam eos eſſe diu in iſto errore Incumbam in hoc unum ut neq; etate ĩ q̃ ſũ: neq; labore ĩpediar: quĩ oĩa faciã q̃ad extermĩati onẽ hoĩm accedũt tu me (ut facis) ad hãc rẽ adiuuabis: ut ſicut tuis adhortatiõibus et cõſiliis multo ardẽtior factus ſũ ad bonas artes:

ita te beniuolentiam meorum ciuium cōſeruaſſe per te intelligam

.Vale.

Nn

Vnq̄ alias de maioribus q̄ nunc rebus ad te ſcripſi. Tan te enim ſunt ut non modo te ad legendum inuitare: ſed eti am ualde concitare habeant. Maximi quidem apparatus agitantur quales forte a noſtra urbe condita fuerunt Magni equi tatus conſcribuntur. claſſes inſtructiſſime armantur. fabricantur noue triremes: apparaturq; bellum ingens mari & terra cōtra gē tem ſemper nobis inimiciſſimam Et eſt omnium ſpes nūq̄ tempus fuiſſe nobis datum: quo melius de uictoria concipiendū fuerit. quā ſi adepti fuerimus: eterna pax urbi noſtre futura Omnes enim gē tes (hac una excepta) que nobis bellum inferre poſſent: aut nobis amore deuicte ſunt aut armis aut ui cōpreſſe Nihil aliud ergo noſ tre reipublice reſtat: q̄ ut etiam hanc nationē frenemus. qđ nobis factu non erit difficile modo conſiliis noſtris celeritas adhibeatur. habemus omnia que facile poſſūt noſtris conatibus uictoriam ſup peditare hoſtis improuiſus eſt: nos cōſilio muniti Ille imparatus nos omnibus rebus neceſſariis inſtructiſſimi Ille domeſticis & exteris bellis iam fractus & debilitatus eſt. Nos uero integri & nunq̄ alias potentiores. Quid plura: q̄ multe urbes a fide & ſocietate noſtrorꝝ ciuium defecerunt Noſtre autem urbes cotidie uiribus noſtrorꝝ ſo ciorum augentur. Nihil ergo eſt cur non plane iſtam uictoriā ma nu teneamus nihil deeſſe nobis uolumus. ſed bene etiam de ipſa ma turatione ſpero: cum nunq̄ ad huiuſmodi rem conficiendam prudē tioribus aut fortioribus ducibus uſi ſumus Scripſi hoc ad te uide ne quicq̄ eorꝝ prius efferas: q̄ r̄ipublice intererit ſed hoc nolui te igno rare: ut quod maxime te optare ſciebam: de maximis rebus a nobis que hic agitantur per me doctior fieres.

.Vale.

PRiuſq̄ litteras tuas recepiſſem: iam ōnia de quibus ad me
ſcribis apud nos diuulgabantur. quod minime oportebat
fieri. ſi mos antiquus in noſtro ſenatu fuiſſet ſeruatus Ni
hil enim apud noſtros maiores cuſtodiebatur magis: q̄ ſilentium in
deliberationibus & cōſiliis rerum que ad publicam utilitatē ptine
bant. Sed de hoc ſatis ad te qui iſta non ignoras illud magis ad rē
que nunc agitur pertinere arbitror utrum ſapiēter a uobis delibe
ratum ſit de bello ſuſcipiendo: pro quo tantus apparatus īſtruitur
Videris quidem ſpondere certam uictoriam patrie tue & ōnia be
ne ſperare Ego uero cū nihil magis incertum uideam q̄ exitus bel
lorum & omnia q̄ agitatis patefacta hoſtibus ueſtris uideat̄ eē: ue
reor ne ueſtra conſilia fallantur. Qnare ſi potius de pace fuiſſet de
liberatio ueſtra ſumpta: ea res non ſolum honeſtior: ſed etiā tutior
uobis fuiſſet Poteras enim exemplis aliarum gentium uti: & uide
re ſepe multas ciuitates bella ſuſcepiſſe. que q̄uis omnia expedita &
inſtructa habuerunt: tamē infelicem exitum ſortite ſunt. Cartago
urbs potentiſſima multis ānis (duce hānibale bellum geſſit cū ro
manis) & quāq̄ uaſtitatem ytalie uidiſſet & romam bene captam
tamen exitus non fuit uictorie ſed captiuā tandem ſe uidit & roma
nis legibus ſeruire Cirus etiam rex perſarum cum annis fere trigi
ta multa bella feliciter geſſiſſet. bellum ſcithis ītulit ſperabatq̄ illa
gente uicta ſe poſtea in perpetua pace futuꝝ Quem autem finem
tanti conatus eius abhorruit. thanays regina ſcitarum (capto rege
et ducentis militibus pſarum ceſis) ſatis edocuit hec a me non cōme
morantur: ut bella que a uobis gerēda ſūt malum exitum habeāt:
ſed dum licet: animum ueſtrum potius ad pacem & concordiā
quam ad bellum conuertatis Nec eſt aliqua res que hec uo
bis diſſuadere debeat. poterit enim maiore cum gloria totum
hoc negocium confici: quam illud bellum adminiſtrari. quia
contra hoſtem non imparatum (ut ſcribis) Sed prouidum

ac potentem bellum ſuſcipitis. Et eſt timendum ne alie gentes r̄no uent ne ciuitates q̄ nunc metu potentie ueſtre coniuncte adhuc uobiſcum ſunt. deficiant a fide erit itaqꝫ ſapientie ueſtre omnia iſta uider̄. modeſtieqꝫ et humanitatis: nō auerter̄ animū ab oratione eorū qui pacem uobis perſuadent Si autē in ſuſcepto conſilio ueſtro manetis prouidete ne in ſenatu ueſtro deliberata fuerint ea: que ante ad hoſtes perueniant. q̄ a uobis quicq̄ inceptū ſit: hec ad te ſcripſi q plurimum in. r. p. potes: ut ſi tibi uiſum fuerit: ſenatū de hac re habeas & maturius de his rebus inter patres condeliberet̄. ego enim ꝓ fide & beniuolentia mea in uos omnes cupio. uobis omnibus bene cedere. Vale.

SI nullo tempore de rebus magnis ad te ſcripſi. Illud profecto eſt ſummum ac maximum omnium: quo tanta mihi uidet̄ mala r̄bus noſtris īpender̄: ut niſi deus aliqs a nobis hec ipſa auertat: facile poſſum noſtraꝝ partiū deſolationem ac minā diuinare bellū enim atrociſſimum et famā icredibilē ac peſtē qualē nōdū neqꝫ legimus neqꝫ audimus: tota ferme prouincia iā dudū eſt ꝑpeſſa neqꝫ uis tāti mali aliq̄ ex ꝑte adhuc remittit̄ ſed malū hoc dieti integraſcit & ſemꝑ deterius habet Cogita ergo non diu poſſe nos tantas clades perferre quō enim uſqꝫ nūc ꝑtulimus Nūc uero defeſſi patiēdo ſumus et ſpes ipſa que (donec aliqd potuimus) nos aīabat ad hec ipſa mala uel repellēda fortiter: uel ꝑferēda ſapiēter: ita remiſſa eſt: ut nulla ōnino eſſe uideatur Quis ergo nō facile diuinare poſſet nō ſolū deſolationem: ueꝝ etiam illam ipſam urbis noſtre ultimam interitionē. erit eni tēpus in quo ubi noſtre cītatis ueſtigia fuerint: homines querent neqꝫ extabunt ulla ſigna huius olim potentiſſime ac florentiſſime patrie noſtre: niſi deus iram ſuā remiſerit & ceperit nos tantis malis feſſos iam tandem propius aſpicere. Et quoniam humana preſidia res noſtas deſtiterunt cogimur (quod in tempeſtate ſepe nautis accidit) omnia conſilia noſtra omnem ſpem & cogitationem ad deū referre ad quā rē cōſequēdā

nobis eris & adiutor et ſocius Quãuis deus uideat᷑ auertiſſe animũ
& aures a noſtris precibus: tamẽ ſperamus clementiam ſuam muta
turam eſſe in melius mala quibus cõflictamur ac pene conficimur.
LIttere tue tantã attulerũt animo meo moleſtiã ut nullo tẽ
pore maiori in merore fuerĩ Cum enim eo perducte ſũt
fortune noſtre.r.p:ut iam nihil preſidii poſſit ab homini
bus expectari mxaiẽ timedũ eſt: ne diuino etiã auxilio priuati ſi
mus qđ ſi noſtro alio errore nobis accidiſſet:putarẽ omnia nõ ſolũ
equo:ſed etiam forti animo perferẽda Sed cũ hii ſemper fuerimus:
qui pro libertate cõmuni pro fide ſociorũ maxima bella magno cũ
periculo ſepe numero ſuſcepimus: neſcio qua iniquitate fortune
eo peruẽtum ſit:ut diuino ſimul & humano preſidio priuati ſimus
nec procul abeẽ uideo mala õnia que urbi noſtre euẽtura diuinaſti
Querent(ut ſcribis)fortaſſis homines qui poſt nos uiuẽt: ubinam
fuerunt tante urbis fundamẽta & tandem illa ipſa patrie noſtre fa
ma qua diu in italia floruimus:forte iteribit:poſtq̃ neq; id extabit
cuius rei gratia noſtra gloria & nomẽ dudum ingẽs fuit Vna res
poteſt ĩ tãtis malis cõſolari:ꝙ habemus exẽpla clariſſimaꝝ urbium
atq; regnorũ que ſimilem exitum aliquando habuerũt:ita ut nihil
aliud ad nos q̃ ipſum nomen peruenerit.Plures uero ego arbitror
ciuitates fuiſſe que ſuis tẽporibus gloria rerum geſtarum ĩſignes
& preclare extiterũt cum quibus fama ſimul extĩcta fuit propter
inopiam poetarum aut oratorum ꝗ ſua geſta aut oratione aut car
mine illuſtrarent & non paterentur earum rerum que digne ĩmor
talitate eſſent:memoriã interire Vtinam noſtra.r.p.que glorie aui
da fuit:ita & homines conquiſiſſet quorum eloquentia ſempiterna
eſſet rerum noſtrarum memorãdarum cõmẽdatio. Nũc ĩcipio itel
ligere quanta debeat eẽ ueneratio apud õnes ciuitates magnificas
eorum:qui ſciunt egregia ratione rerum uel pacis uel belli facta
complecti quam maximam oportunitatem defuiſſe noſtris homini
bus non ſatis poſſum admirari:cum iudicare poſſent omnes ſuos

conatus ac labores a te fruſtra ſuſceptos eſſe: niſi prouiderent qua
ratione poſſent ĩmortales fieri. Sed de hoc hactenus conſilium ue
ro tuum quo in rebus externis dicis eſſe utẽdum: ſuſcipio & laudo
quãquam ſerum eſt (ut aiũt) tempus placandi ſuperos cum magis
neceſſitas quã noſtra uoluntas facit nos ſupplices Mallẽ hoc reme
dio uſi fuiſſemus: cum nobis õnia erant integra & ſignum fuiſſet ea
a nobis fieri ex animo de qua re plura non ſcribo poſtea q̃ a nobis
corrigi non poteſt. Facimus ergo quod & ipſi naute ĩ ſumma tem
peſtate faciunt (utar enĩ libenter exemplo tuo) iam arbore fracta
& caſſata naui: noſtra õnes uota faciamus ſi deprecatio noſtra exau
dita fuerit: ne ĩgrati reperiamur aduerſus numina Si uero fata nul
la noſtra pace inflecti potuerit eo bono fruemur quo utuntur illi
qui in ſuis rebus aduerſis nihil a ſe pretermiſſum eẽ ĩtelligãt.

MAximã omnium laudem hodierno die conſecutus eſt ex
ercitus noſter. qui fortiſſima pugna eouſque ĩ acie ſtetit
contra hoſtes: ut pertinaciter pro defenſione patrie mori
endo clariſſimam inde uictoriam retulerit Amotus ergo a nobis il
le ingens metus ac ſumma totius urbis trepidatio Cum enĩ malu
imus ſemel perire quam diuturna obſidione premi: inſperatã uicto
riam conſecuti ſumus quo in bello nobis certe uiſum eſt ipſum ce
lum ac õnia numina pro nobis militaſſe talis enim huiuſce maximi
cõflictus exitus fuit ut uix ullus noſtrorum militũ in bello cecide
rit Quam uero fortunam alia pars habuerit: ex hoc apparet ꝙ õ
nes tãquam pecudes ad moriendum parati fuerunt. Signa uiginti
militaria capta caſtra omnino hoſtium fracta & direpta ſunt nẽo
in illa pugna fuit qui aut in ore gladii exceptus nõ ſit: aut a noſtris
copiis ĩterceptus Cum autem uictor noſter exercitus in urbem
reuerteretur plurimis ac maximis hoſtiũ tropheis ornatus mirꝫ in
modũ tota ciuitas noſtra fuit ad ſpectaculũ effuſa. Nẽo erat q̄ non
daret laudes & grãs deo Omnes uero nõ uti rẽ humanã: ſed diuinã
laudabant Tãta uero leticia & exultatio omnium fuit: ut non iam

multorum hominum: ſed unius facies eadem atq; idē animus uide retur Nullius uero hominis edes ōnibus non patebāt Paſſim noſtra militia excipiebatur. tanta largitate & rerum omnium copia: ut nunquam ī ſola ſumma fertilitate agrorum maior fuerit. Volui hec tibi omnia nota eſſe: ut qui periculorum noſtrorum ſemp ſocius fuiſti. etiam publice tranquillitatis ꝑticeps fieres & fortunis noſtris congratuleris. Vale.

QVo minus expectatum fuerit a me de liberatione uīa eo mihi uictoria de qua ad me ſcribis iocundior fuit etiā & gratior Non poteram quidem non magno dolore conficii: cum audiebam urbem ueſtram artiſſima obſidione cinctā eſſe dolebam & plurimum ciuitati que diu caput noſtre prouincie fuerat. debere in deditionem hoſtium uenire. liberaſti ergo me hodie maximo timore quo pro ueſtra ſalute conficiebar & hēo tibi q̄s debeo gratias: qui me ꝑticipem feciſti rerum que uobis ꝓſpere ceſſerunt. Intelligo quidem ex his que uobis diuinitus contigerunt: quāte cure debeat ſalus ueſtra hominibus eſſe. cum eadem iam deſperatis omnibus: a ſupis immortalibus cōſeruata fuerit Neminē arbitror eſſe qui non iudicet iſta (ut ſcribis) numina celi ꝓ uobis non ſolum pugnaſſe: ſed etiam uiciſſe Sed aliud a uobis etiam atq; etiam uidendum eſt: ne animum ueſtrum nimium in ſecūdis rebus efferatis. Et illud maxime ꝓuidēdum (ut facitis) ut uictoriā uīam potius ad diuinam cauſam q̄ ad humanam referatis Sumus enī fere omnes in periculis noſtris animo ſubmiſſo & tunc ſumme ueneramur: ac extollimus dominum deum. Neſcio qua īiquitate poſtea ingrati reperiamur: cū ſumma uotorum attigimus deinde querunt homines nullam felicitatē eſſe ꝑpetuā & fortunam accuſant. Ego uero nullā aliam eē ꝓſperā fortunā aut aduerſā iudico: q̄ diuinam ꝓuidētiā. que homines nuuc rebus aduerſis exercet: nunc ratione corrigit. deinde autē reꝝ alia alia ē ratio quaꝝ īſtabilitas ſepius uicio noſtro: q̄ fortune nobis accidit. Nec ad te iſta nunc ſcribo quia

putem a te ignorari: ſed ut ciues tuos cõmonefacias nullo tempore deum eſſe magis timendum: quam ubi maiora ab illo beneficia ſuſcepimus Spero bene de ciuibus tuis non nihil tamen ualebit apud eos autoritas tua:ſi docueris nihil magis.r.p.conuenire: quã ut fortitudinem in bello:ita religionem in pace colere. Vale.

NIhil eſt quod libẽtius faciam:quã de maximis & pulcherrimis rebus que hic fiũt te certiorem reddere Poſtea enĩ quam noſtra ciuitas hoſtili metu liberata ocio ac paci ſe dedit: incredibile eſt quantũ ſtatus ipſe reipublice reformari in dies & quaſi renouari cepit. Si que erant ueteres inter noſtros ciues diſcordie:õnes ſtatim ſublate fuerunt Principes urbis nouas affinitates ineũt Artes que propter uim bellorum ĩterierãt maiore cultu quã patrio:ac maioribus opibus repetuntur:neque unquã alias in tanto precio fuerunt· Plurime uero leges ãtique & uetera ſtatuta que interierant: propter noſtram inſolentiam ac negligentiam modo renouãt᷑ Et cõmuni fere õnium cõſenſu iam approbata ſũt quibus ſi obtemporatum fuerit nemo dubitat qui breui noſtra in ciuitate(is enim ẽ ſtatus urbis noſtre)aliquãdo beatiores uideamur quod diuturnam calamitatem exp̄ti ſumus & fortiter ꝑpeſſi:quãſi eadem(qua diu freti eramus)trãꝗllitatẽ & ocium ſemꝑ inueniſſet Gaudeo itaqꝫ hec tibi cõmunia facere:ut ꝗ ſemꝑ noſtre glorie attẽtiſſimus fuiſti:felicitatẽ nr̃am hoc tempore nõ ignores. Vale.

DE his que ad me ſcripſiſti magnam certe uoluptatem animo ꝑcepi Cum enim ſemꝑ continuo in metu ſteterim: quam diu fuit de ueſtra ſalute dubitatũ: magna moleſtia me liberaſti: cũ ſuꝑioribus litteris tuis ĩtellexi ciuitatem ueſtrã ab obſidione(qua opprimebat᷑)liberatam eſſe Illud autem tãta leticia me affecit ꝙ mihi r̃nũciaſti non ſolũ uos grauiſſimo ꝑiculo eſſe exemptos:ſed etiam ipſam.r.p.quaſi nouã aliquam formam & beatiorẽ ſtatũ dieti ſuſciꝑe Gaudeo mediuſfidius & pluſquã credi poſſet:felicitate ur̃a letor Video eqdẽ illa egregia maioꝝ ueſtrorum

in rempublicam fundamenta magno ſtudio a uobis excitari Nam
cum leges in quibus ueſtre ciuitatis ſalus erat poſita quaſi in oblui
onem ueſtrã ueniſſent:nec mos antiquus in urbe ſeruaretur: nihil
mirum fuit ſi patria ueſtra ad obſidionem perducta fuit. Nunc ue
ro reſtitutis legibus:& repetita omni bona conſuetudine: ſpero nũ
quam ciuitatem ueſtram ampliorem aut opulentiorem fuiſſe: quã
breui tempore futura ſit.modo in medio curſu non deficiatis Sed
ubi quiſque priuate potentie magis quam reipublice īſeruiat:timẽ
dum erit ne hac noua libertate fruſtra gauiſi ſitis Retinenda eſt er
go inter uos concordia nec confirmande ſunt leges antique & edẽ
da ſunt noua īſtituta nec permittẽdum eſt ut quiſquam plus poſſit
i ciuitate:quam equitas quam iuſtitia Quod ſi a uobis perfectum
fuerit:plane uideo.r.p.(ut ſcribis)in tota prouincia primã eſſe fu
turã.& uos īpaturos his gẽtibus:qbus aliquãdo ſeruiuiſtis. Vale.

SCio te nouarum rerum cupidum eẽ & accuſaſſe me ſepe
quod nunquã ad te ſcribo de his rebus que hic fiunt faci
am hodierno die ne deinceps poſſis criminari negligenti
am meam Implebo te non uulgaribus(ut multi ſolẽt) neque falſis
mẽdaciis:ſed magnis & de quibus certos autores habemus. Nuper
ex egipto quidam in urbem noſtram nauigauerunt a quibus cum
noſtri ciues diligenter percunctati eſſent.de omnibus rebus:retule
runt proximis diebus nauem unde ſoluerant multas nationes oriẽ
tis ac plurimas gentes auſtrales confluxiſſe. Aiebant autem regem
ipſum nihil tale ſuſpicantem: ſe effudiſſe ex urbe regia in occurſũ
hoſtium qui cum toto exercitu inſidiis inimicorũ interceptus fuit.
Nec multo poſt ſigna hoſtilia fuiſſe ad urbem alexandriã mota: q̃
trepidatione fuga ex omni parte percepta eſt agitari Alii mare ru
brum petebant.alii uero libiã Quiſque eo ferebat᷑: quo metus eũ
impellebat Quid deinde ſecutum ſit dicunt ſe nihil certum habere
Nam ſemper uentis ad puppim flantibus:proſperum curſum max
ima celeritate ad nos tenuernut hec ſi uera ſunt:multum arbitror

illa ad ciues noſtros pertinere Agit͛ enim de priuata pecunia noſ
trorum hominum qui ſe in partibus illis exercent Si quid eſt qđ
ad te pertineat :curabis ut nunquam nimio detrimento fieri pote
rit.tranſigãtur a te omnia idem & ego facturus ſum Aliud ad pre
ſens nõ habeo quod ad te ſcribam Si alii curſum ex ea regione ad
nos habuerint:faciam te de õnibus rebus certiorem. Vale.

NOn puto dubitandum ex his que ad me ſcribis: quin ueſ
tri homines qui in egipto uerſantur paſſuri ſint maxima
detrimenta: niſi rationes ſuas inter inicia rerum nouarũ
in aliquam regionem tutam contulerunt Multa enim ſunt que
me in maximum metum inducnnt.nam ſi ciuitate alexãdrie ille na
tiones barbare potite fuerint:eadẽ ruina ſepe trahent non tantum
egiptiorum opes: ſed etiam omnium qui ex multis partibus nego
ciando ibi uerſantur Si uero diu in obſidione manẽdum erit:timẽ
dum eſt ne pecunie mercatorum in ſumptum belli prius exhauri
antur:quam ſuo ere publico aut priuato utantur Quid futurum
ſit:nihil poſſum rebus meis diuinare Nam cum ſuperioribus ãnis
õnem pecuniam meam eo loci conieciſſem:uideo una die õnes for
tunas meas eſſe conſumptas. niſi procuratores mei tempeſtiue uſi
ſint conſilio Cupio ergo de omnibus rebus certior a te fieri. Si qs
forte ex oriente ad uos nauigauerit:curabis ut quamcunq; fortu
nam res noſtri ſubierint:nihil ſit qđ p me te lateat. Vale.

MVlta ex finitimis regionibus ad nos afferũtur cotidie no
ua de incredibili apparatu ualidiſſimi exercitus regũ ori
entalium contra ciuitates & terras noſtri imperii Nihil
adhuc tamen certi habemus. Miſimus autem in uarias partes per
cũctatores noſtros qui ſagaciter edocerentur õnia hos enim indies
expectamus Sumus animo & uiribus ĩtenti: qua ratione a nobis at
que ſociis periculum illud propulſemus Multas ad hanc rem uias
habemus Cõſtituimus enĩ ſi nobis ita (ut fama ẽ) r̄nunciatũ fuerit
ab his quos ꝑmiſimus ſuꝑ hoc negocio: legatos nr̄os in orientem

mittere. qui cum hiſdem regibus de pace tractēt. que res ſi agi po
terit: mandata illis dedimus ut neque pecunia neque pollicitatione
ulla (dūmodo res equa ab illis poſcatᷣ) a pactione diſcedat. Quod ſi
infecta re iudicāt redeundum eſſe: tunc his artibus utātur quibus
facile barbari uincūtur Serant inter ipſos diſcordiam Fingāt ſimu
lent atque diſſimulent omnia. deinde attemptēt quibus illorꝫ odia
inter ſe īflammari poſſint Exercitus diſſipentur Nec ullum finem
his rebus faciant: donec an illi ipſi exercitus diſſipentᷣ: aut bellum
quod nobis comminabātur in ſe conuertant: Si uero hee noſtre co
gitationes ſi hec noſtra conſilia nos fallāt. ſtat manu pugnare & ō
nia prius expiri: quam barbaris nationibus ſeruire Sūt enim no
bis arma & equi habemuſque uiros audaces in bellis. neque duces
nobis deerunt: qui conſilio & uiribus nō ſolum fortiter cum hoſte
cōfligere: ſed etiam uincere ſciāt Quid ſit futurꝫ deus nouit. nos be
ne r̄bus noſtris ſperamus. Vale.

b BEllū mihi ſignificas magno apparatu ab oriētalibus r̄gi
bus īſtitui cōtra ueſtrum impium ſed nihil a uobis preter
mitti quod ad ꝓpulſandum hoc ꝑiculum a ueſtris ciuita
tibus & ſociorum ꝑtineat Non uideo quod poſſit uel ad hāc ſapiē
tiam uel uirtutem ueſtram addi Si enim fortuna conſiliis r̄ſpōde
rit: non dubito omnes iſtos bellorum cito motus quieturos Si ue
ro manu dimicādum erit: ſpero & ſi copiis īferiores ſitis: tamē & ro
bore militum & ſcīa rei militaris ſuꝑiores futuros. Quamuis enī
hee nationes barbara multitudine equitatuum & potētia ſemꝑ mul
tum ualuerint: raro tamen in ſuis bellis uictores fuerunt. Magno
clamore belli prelia ineūt Fortes primo impetu uidentur ſꝑgūt te
la ſua temere Sed cum ad enſes uētum eſt: facto agimē ōnes terga
uertūt Noſtri uero exercitus nec ſegnes ſunt ad inuadēdum: nec
minus fortes ad ſuſtinēdum: uel ꝑicula uel caſtrenſes labores: quo
tiēs ab hoſte laceſſuntᷣ omnia tamen prius ut facitis temptāda ſūt
quam expiēda fortūa belli Quod ſi ueſtra ſapiētia a uobis euitari

non poterit quin ſit cõfligendi cum his barbaris: decertãdumq;
a uobis fortiter pro gloria ueſtra ac imperio quod a ueſtris maio
ribus ampliſſimum & illuſtre accepiſtis: cauẽdum maxime erit: ne
hoſtis uos impatos offendat Nam dum exploratores in omnes par
tes dimiſiſtis qui ad uos referrent de conſiliis hoſtium: de motibus
ſi qui ab illis agitantur: dum legationes mittũtur ad eos: interim oc
cupandi ſunt aditus artes iueniẽde cõſcribendus eſt equitatus & õ
nia ita a uobis ſunt inſtruẽda: quaſi iam inter fines ueſtros & i me
dio regno uerſarentur. Celerius enim legati ueſtri agent de pace
& totum negotium conficient ſi intelligent uos non minus ad bel
lum paratos: quam ad ocium & cõcordiam Sed quia ſpero hec a uo
bis pro ueſtra ſumma ſapiẽtia iam eſſe ꝑfecta: plura ad te de hac re
non ſcribo. Sed quid eſt quod pro ueſtra: r·p· poſſit a me uel conſi
lio uel manu fieri: libenter omnem laborem atque omnia pericula
ꝓ ueſtra ſalute adibo. Vale.

NOuiſſima res his diebus nobis accidit: neque ab ullo noſ
trorum ciuium alias audita. de qua ego te certiorem face
re cenſui: ut negligeres nullam rem fore tantam aut tam
occultã: quam non maxime cuperẽ tibi in primis eſſe notam. Puto
(ni fallar) te olim cum apud nos eſſes: intellexiſſe quorum hominũ
factiõe. ciuitas noſtra in exilium miſerit ſulpitium hominem patri
e amãtiſſimum de quo facta plura nõ ſcribo Res eni iſta ad ciuitatẽ
noſtram ꝑtinet Interim hoſtes noſtri inuaſerunt urbem: que opti
mi ciuis ĩfecta: ſue temeritati breui penas dedit Obſeſſa quidẽ ciui
tas fuit cõmeatus ĩcluſi ita: ut res plãe ad deditionẽ expectaret. Cũ
uero ſulpitius animo ſe ad primũ cõuertẽs: cepit agitare noua cõ
ſilia quibus hoſtẽ iã inſultãtem menibus deuictũ ſuis ciuibus trade
ret Repẽte ſe ĩ caſtra hoſtilia cõtulit dixitq; de rebus maximis uer
ba apud ducẽ hoſtium facere. qui comiter exceptus: inquit ſe nul
la etiam ratione patrie teneri que nũquã eius culpa nec ullo erro
re tam male de ſe merita eſſet deinde hoſtem noſtrum monuit. ur

bẽ niſi uno modo a ſe expugnari poſſe ꝙ ſi cõſiliis ſuis obtempera
tum eſſet: non dubium breui illos urbe potituros. Ait enim locũ
non eſſe longe a menibus arboribus conſitum. ſuaſitq; ut de induſ
tria fugam ſimularet. occuparetque locum inſidiis aptiſſimum fu
turum inquit & ciues remiſſiores eſſe ad cuſtodiam noctuque faci
le: poſſe menia cõſcendi & totam ciuitatem capi Que res cum ab
hoſte credita eſſet: neque aliter quam ipſe conſuluerat factitatum
deinde omnia noſtris ſignificat. qui portis apertis circa ſecundam
uigiliam effuſi. hoſtes ĩſidiis poſitos cõcluſerunt paucisque benefi
tio noctis elapsis: ceteri cõpreſſi ſunt ceſi aut capti hec nõdum pa
tefacta eſſe uolumus: quo maturius exercitum noſtrum ad eorum
menia perducamus Tu autem hec ſecreta habebis: dum efferendi
tempus datum eſſe per litteras intelliges. Vale. data ſandali kalen
dis februariis ante ortum ſolis cũ hec geſta eſſent:

SVlpitii magnum in republica amorem narras Ego ue
ro plurimum gaudeo õnia uobis preter ſpẽ eueniſſe Sed
nõ poſſum induci. ut factum ciuitatis ꝓbem de exilio ui
ri. Nõ enim ciues tui ſemper ſulpitios habebũt Nec erunt qui pa
trie male de ſe meriti bene referẽt. Illud autem maxime a uobis ca
uẽdũ ẽ: ne aliquãdo ciues patos de ſua pria bene mereri: poſtea ſibi
res noſtra publica ĩfeſtos ſentiat: cum & auxilio militari uiros op
timos intelligẽt: & primum locum ĩ ſenatu eſſe his qui nõ dubitãt
patriam qualibet ratione a ſe oppreſſũ iri: modo ipſi õnia poſſint
que uelint Quod autẽ ſcribis ne hãc ueſtrã uictoriam efferã: haud
multa admonitione ĩdigeo. utinam ita auxilio. ut fide cõſilia ueſtra
iuuare poſſem Spero uos õnia ſapienter ꝑſpexiſſe: que in utrãque
partem poſſint accidere Nec uobis deeſt cõſiliũ aut uires ad hanc
maximam rem conficiendam Sed non forte minoris ſapientie eſt
ſcire uincendo uti modeſtia & aliquando in medio curſu uicto
rie ſubſiſtere : quam ultra progredi Non dico tam bonam
occaſionem negligant. Multa enim ſunt que uobis hanc illam

uictoriam permittāt:improuiſus aduentus ueſter trepidatio inimico
rum.nouitas facti.meror ſuorum quos fere omnes audierūt inſidi
is ueſtris eſſe interceptos Omnia apud illos pertnrbata: ita facilio
ra uobis preſtabūt Sed cum in rebus bellicis fortuna magnum im
pium habeat:multa a uobis timēda ſunt Sed neſcio an aliud magis
quam quod hii qui cepunt uincere non ſatis pericula attēdunt Ni
hil non temere ſepe ab eis fieri ſolet At hoſtibus iterim creſcit ani
mus & ſpes que primo impetu exciderat maior his inſurgit Prete
rea nonunquam accidit ut qui in fugam uerſi erant reſtaurent
bellum & acrius pugnent:quam ſi a principio non deſperaſſent de
uictoria Plura de hac re ſcriberem ſi mihi ocium eſſet aut ſi tuam
ciuitatem egere conſilio putarem.Et eſt etiam nō poſt factum:ſed
ātequam res fiat cōſilium de ſummis rebus habēdum Vos autem
(ut ad me ſcribis)iam īſignia ad urbem hoſtium mouiſtis: opto ut
illum exitum ueſtra cōſilia īueniāt:quem fortuna uiſa eſt mihi pa
trio in ſucceſſu uobis promiſiſſe Rem pgratam mihi feceris: ſi ma
ture de exitu rerum ueſtrarum omnia ad me ſcribis. Vale.

SI te noua delectēt: habeo quidem ūde poſſim habūde hu
ic tuo deſiderio ſatiſfacere Noſtra quidem eſt ptium me
moria tāte rrum mutationes non fuerunt: quāte hodie i
ſtāt & iam in noſtris ptibus fiunt Omnes fere ciuitates huius nře
ciſalpine gallie nouas res agitāt. Alii ueteres dominos deponūt &
ſe in libertatem uēdicāt Alie ſibi nouos tirānos faciūt Nulte dum
nouis rebus ſtudēt:ſuo magis quam alieno igenio utūt Multe ex
empla ceterarum ſequuntur Nōnulle conantur reuocare antiquos
dominosque bella potentiorum de principatu ſuo diſpoſuerāt Nec
ulla eſt ciuitas in hoc imperio que ſatis uel conſilio in tantis mori
bus utatur. Ciues alius in alium conſpirant Populi eos habent
ſui furoris duces:quod ui & ſcelere.ceteros antecellant. Cremona
olim urbs opulentiſſima intra paucos annos multos

principes mutauit. nunc ſub tyranno ſeuiſſimo ẽ poſita Brixia cre
bris equitatui impropulſationibus atteritur & iam uidetur ſtatum
ſuum inclinare. homines iudicãt illam breui nouum dominum ha
bituram Pergamum uero magis bellorũ ciuilium diſcordis oppreſ
ſa: ceteros hoſtes in ſe admiſit Certatur enim non ſolum utra pars
imperat ſed etiam utra ſit Neque malũ ipſum ĩ uenis eſt (ut aiũt)
ſed multo fortius in mediis uiſceribus eſtuat Nõ enim ſub uno tã
to principe: ſed ſub diuerſis & in manibus tyrãni affligitur Nam
cum aliquando magis ingeniis & animis ſuorum ciuium floruiſſet:
nunc facta colonia ẽ. & omnis colonie hominum ſordidiſſimorum
& agreſtium repleta quam urbem unam in tota ytalia omniũ mi
ſerrimam atque infortunatiſſimam facile poſſum iudicare Innume
rabiles alie ſunt que ſuam & ipſe ĩfelicem fortunã habẽt & magna
